QVOD DEVS OPT. MAX. FORTVNET

DISSERTATIO JVRIDICA

DE

# COLLATIONIBVS BELLICIS

ET QVATENVS EÆ

IVSTÆ VEL INIVSTÆ SVNT:

*QVAM*

*DECRETO ET AVTORITATE NOBILISSIMI ET AMPLISSIMI JURISCONSVLTORVM ORDINIS*

IN ILLVSTRI IVLIA

SVB PRÆSIDIO

*MAGNIFICI EXCELLENTISSIMI ET CONSVLTISSIMI VIRI,*

DN. HENRICI Hahn / ICti

ACADEMIÆ IAM PRORECTORIS ET FACVLTATIS IVRIDICÆ DECANI, PROFESSORIS ORDINARII, IVDICII PROVINCIALIS GVELPHICI ASSESSORIS DIGNISSIMI &c. PRÆCEPTORIS ET PROMOTORIS SVI ÆTATEM COLENDI,

*PRO DOCTORIS IN VTROQVE IVRE PRIVILEGIIS ET HONORIBVS CONSEQVENDIS,*

EXAMINI PVBLICO SVBIICIT

IOANNES Wincken / GVELPHICI DICASTERII ASSESSOR.

*IN IVLEO MAIORI*

HORIS ANTE ET POMERIDIANIS

D. XXX. MART. ANNO CIↃ IↃ C XLVII.

---

*HELMÆSTADII,*

Typis HENRICI DAVIDIS MULLERI Acad. Typogr.

Anno CIↃ IↃ C LXXVI.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

DISSERTATIONIS INAUGURALIS

# DE COLLATIONIBUS BELLICIS ET QUATENUS EÆ IUSTÆ VEL INIUSTÆ SUNT,

## THESIS I.

OMnium Rerumpubl. certa ſunt fundamenta, ſine quibus nec conſiſtere, nec ſalvæ eſſe poſſunt. Inter quæ haud infimum locum obtinet ἐυπορία τῶν χρημάτων i. e. pecuniarum tanta copia, quæ Reip. ſufficiat. *Pecunia Reip. neceſſaria.*

Vt Ariſtoteles *7. Polit. c. 8.* optimè explicat: qui & duas propter cauſas, illam pecuniam Reip. neceſſarium eſſe demonſtrat. Primò ut ſit, unde ſumptus domi faciant in reficiendis operibus publicis, & præſtandis aliis, quæ neceſſitatis ratio exigit. Deinde ut in promptu habeant, quæ bellis ſuſtinendis, avertendis aut gerendis neceſſaria ſunt. Huic ſummus Plato *lib. 10. de Leg.* Cicero & alii maximi Civilis prudentiæ Doctores adſtipulantur; qui omnes *pecuniam, æs & aurum, nervum Rerump.* eſſe adfirmant. Quod iiſdem ferè verbis reperitur *in l. 1. §. 20. ff. de Quæſt.* Archidamus etiam apud Thucid *lib. 1.* non minus perſpicuè, quàm ſolidè demonſtravit: *Rempublicam non magis ſtare ope armorum, quam ſumptibus* Scitè & appoſitè quoque ad hanc rem, graviſſimus Tacitus *lib. 4. Hiſtoriar, Nec quies gentium,* inquit, *ſine armis; neq; arma ſine ſtipendiis; neq; ſtipendia, ſine tributis haberi queunt.* Salomo in ſummo ſapientiæ faſtigio

ollocatus, *Aurum & argentum ſubſtantias Regum & provinciarum ſe*, apertè fatetur *Eccleſ. 2. v. 8.* Quod cùm certiſſimæ veritatis eſſe ſciret maximus Romanæ Monarchiæ conditor, OCTAVIUS AUGUSTUS, tàm anxiâ curâ compoſuit Imperii Rationarium trium voluminum: quorum ultimo continebantur omnia tributa, vectigalia, largitiones & neceſſitates h. e. onera publica, quæ neceſſariò in milites, in populum, aliaſque imperii res eroganda erant: ut Suetonius *in Auguſt. cap. 28.* & Tacitus *lib. 1. Annal.* notarunt. Omnes etiam, quos veterum monumenta prudentes Imperiorum Rectores fuiſſe perhibent, ærarii ſummam curam habuiſſe, hiſtoriarum peritus nemo negabit. Ærarium itaque paratum & pecuniam publicam in promptu habeant, qui Reip. præſunt, neceſſe eſt; ſi bonos defendere & malos coërcere, hoc eſt, bonum publicum ſalvum eſſe velint.

II. Ex duobus verò hujuſmodi pecunia conficitur: aut ex patrimonio & reditibus, earum rerum, quæ ad Remp. pertinent; aut ex bonis privatorum.

Illius generis ſunt agri, prædia, flumina navigabilia, ſalinæ, fodinæ metallicæ, & omnia quæ immediatè ſunt in dominio Reip. ejuſque propria, quamvis enim etiam res & bona privatorum, Reipublicæ divitiæ eſſe dicantur, immediate tamen hoc de Rep. nemo fortaſſis adfirmabit. Hæc ſunt omnia illa, quæ privatorum propria, de quibus collationes & tributa Reip. præſtantur. Ex prioribus omnem Magiſtratum licitè poſſe theſauros parare, in controverſiam nulli vocabunt; An verò idem ſalvâ conſcientiâ hoc licitè poſſit ex bonis privatorum, & ſubditis imperare, ut pro modo facultatum ſuarum conferant? haud paucis dubium eſt. Nobis id juſtè fieri videtur, modo genuinus finis (qui duplex eſt: ſuſtentatio Principis, quæ etiam bonum publicum eſt; & Neceſſitas ſeu magna Reip. utilitas. Franc. Suarez. *de Leg. & Deo Legisl. lib. 5. c. 15. n. 2.*) & æquitatis lex obſervetur. Neminem certè qui vel leviter Rerumpubl. & Regnorum doctrinâ imbutus eſt, latet, in multis

tis æquè miſeram totius ſocietatis civilis conditionem & fortunam eſſe, ac ſingulorum hominum ; & ut hujus aut illius felicitas ſine bonis fortunæ vix conſiſtit, ita nec Rempubl. ſine adminiculis ejuſdem conſervari poſſe. Tantos enim ſumptus tutela provinciarum & alia conſervationi neceſſaria, exigunt, ut privati vix capiant. Quibus præſtandis, ſi reditus publici non ſufficiunt, privatis collectæ imponuntur. Nam quod civis vivit, quod feliciter vivit, id omne debet Reip. & iis, qui, univerſi curam ſuſtinent. Æquitatis itaque ratio & ea, quam Reip. dedit, fides (quæ ſola ſatis efficaciter obſtringit) poſtulat, ut pro viribus eam juvet, & dicto magiſtratuum, ſeſe obedientem præbeat. Deinde ſinguli (quamdiu in Rep. vivunt, nec cum hoſtibus colludunt) ſine totiùs ſalute ſalvi eſſe non poſſunt; nec evitabunt damnum quod omnes evertit. Cauti itaque ſi ſunt, & ad ſuum quæſtum callidi, commodum publicum, ut ſit perpetuum, operam dabunt. Chriſti etiam Salvatoris lex eſt Matth. *17. & 22.* Marci *12. Date Cæſari, quæ ſunt Cæſaris, & Deo, quæ ſunt Dei.* Cujus & rationem D. Paulus *ad Rom. 13.* inculcat: *Ideo* (de magiſtratibus ſummis loquens) *tributa*, inquit, *iis præſtatis, miniſtri enim Dei ſunt, in hoc ipſum ſervientes. Reddite igitur omnes debita: cui tributum, tributum; cui vectigal, vectigal: &c.* Unde rectè docent, Tributorum hoc præceptum conſcientiam obligare. Dominic. Soto *de Iuſt. & Iur. lib. 3. quæſt. 6. art. 7.* Hugo Grotius *lib. 1 de Iure bell. & pac. cap. 2. n. 7.* Quæcunque vero magiſtratibus ex divina lege & conſcientiam obligante ſubditi debent: id magiſtratus, ſalvâ conſcientiâ ab iis exigere poſſunt. Quod Leonhardus Leſſius *de Iuſtit. & Iur. lib. 2. cap. 33. dub. 1. n. 5.* ſic probat: *Propterea,* inquit, *quod Princeps ſeu magiſtratus, pro Rep. laborat, eam regendo, in pace conſervando & defendendo, iuſtitia poſtulat, ut hæc illum pro dignitate ſuſtentet: dignus enim eſt operarius mercede ſuâ.* Idem etiam adſtruit de altera tributorum cauſa h. e. de Neceſſitate Reip. cui aliâ ratione ſubveniri nequit. Cavendum tamen, ne quid, præſertim de iis tributis, quæ ut publicæ neceſſitati ſubveniatur, collata ſunt, in voluptates impendatur & præter uſus publicos prodigatur & conſumatur: Hoc enim ſummè injuſtum & tam prope abeſt à

Tyrannide, quàm longè Tyrannus à vero Rerump. fine & ſalute aberrat: Henning. Arniſæus *lib. 2. cap. 3. ſect. 8. n. 71* Compendio omnem hanc rem Mæcenas Octavio Auguſto Cæſari explicavit in Dionis *Hiſtor. Rom. lib. 52. pag. 483. Neq, clam me eſt*, inquit, *nonnullos tributa inſtitui ægrè laturos eſſe, verum hi ipſi, ſi neq, alio præterea damno afficiantur, & reipſa comperiant, hæc ipſorum ſalutis causâ, utq; cæteris ſuis bonis tutò perfrui poſſint, exigi; præterea cum pleriq; ipſorum eam pecuniam, alii magiſtratum gerentes, alii præfecti regionum, alii militantes accipiant; magnas etiam tibi gratias agent, quod exiguam redituum ſuorum partem tibi conferentes, reliqua omnia ſine damno percipere poſſint. Idq; eò magis fiet, ſi te continenter vivere, ac nihil prodigere videant. Quis enim cum videat te in re familiari ſummâ parſimonia uti, in publica liberaliſſimum eſſe, non ultro velit aliquid conferre, cùm tuas divitias ſuam ſecuritatem & copiam eſſe iudicet?* Ex quibus omnibus ſatis ſuperque liquet, juſtè ſubditis tributa imponi, ſi id neceſſitas aut publicum commodum jubeat. Videri tamen poteſt *Novell. 149. c. 2.* quæ idem, ad oculum quaſi demonſtrat.

III. Quia vero non modò pecuniâ indiget ſæpe Reſpublica, propterea privati etiam aliis rebus, præter æs ſignatum, eam levare & onera hoc nomine convenientia ſubire tenentur.

Aliquando enim privatorum corporibus & labore cum ſolicitudine animi & vigilantia opus eſt; nonnunquam ſumptus requiruntur.

IV. Hinc origo publicorum onerum tam antiqua eſt, quàm ipſorum imperiorum & Rerumpub. exordia.

De populo Iudaico ex ſacris id edocemur. *1. Sam. 8. v. 11. & ſeqq. 2. Sam. 8. v. 2 3 Reg 4. v. 6.* Ex Perſis Darius Hiſtaſpis primus pro tributo pendere juſſit aurum, argentum & res alias. Herodot. *lib. 3.* Xenoph. *de Pædia Cyri lib. 3 n. 12.* De Græcis idem teſtatur Diodorus Siculus & alii. Imprimis autem tralatitium id eſt de Romanis, ex quibus primus Monarcha ante natum Salvato-

vatorem totum terrarum orbem cenſuit *Luc. 2. v. 1.* A Germanis angarias & parangarias, fodra, inhoſpitationes & ſimilia præſtita eſſe certiſſimum eſt, adeout teſte Ott. Friſingenſi tantum Regibus jus terræ tributum ſit, ut ex omnibus, quæ terra producere ſolet uſui neceſſaria, exceptis vix bobus & ſeminibus ad excolendam terram idoneis, de cæteris quantum neceſſe fuerit militi profuturis ad regios uſus ſuppeditare æquum viſum fuerit. *lib. 1. de Reb. geſt. Frid. 2. c. 12.* Adde Chriſtoph. Lehman. *in Chron. Spirenſ. lib. 2. c. 44. tit. Tribut.* Quomodo verò Saxones Regibus ſuis tributarii fuerint ſub Imperio Francorum uſque ad ſec. Chriſtianum decimum, quo Henricus Auceps alios populos ſibi tributarios fecit, videri poteſt apud Dn. Ioan. Gryphiand. *tr. elegantiſſ. de VVeichb. Saxon. ſive Coloſſ. Roland. cap. 25.* Hodie de collectis Imperialibus ſatis conſtat ex Imperii Receſſibus & conſtitutionibus.

V. Onera illa ICtis munera dicuntur, quorum impoſitio, ceu rerum inter Cives communium ad juſtitiam diſtributivam pertinet. Onerum impoſitio eſt Iuſtitiæ diſtributivæ.

Functiones enim juſtitiæ diſtributivæ circa duo verſantur, circa bona & mala communia h. e. tam præmia, honores & officia, quam onera, quæ ad partes communitatis pertinent, diſtribuit. Ludovicus Molina *tom. 1. tr. 1. diſput. 12. n. 3 de Iuſt. & Iur.* Leonh. Leſſ. *lib. 2. c. 32. in princ.* Idq; Ariſtoteles *lib. 5. Eth. ad Nicom. c. 2*, apertè docet: *Iuſtitia diſtributiva*, inquit, *eſt, quæ verſatur in diſtributione vel honoris vel pecuniæ, vel aliarum rerum, quæ inter eos dividi poſſunt, qui ſunt eiusdem civitatis: in his enim eſt, ut alter cum altero & æquum & iniquum conſequatur.* Vt mirer, quî nonnulli inficiati ſint, Ariſtotelem onerum diviſionem ad diſtributivam juſtitiam retuliſſe; cum tamen poſteriora verba id ſatis demonſtrent.

VI. Munus eſt, onus quod tùm rebus, tùm perſonis imponitur. Deſcriptio muneris.

*l. 1. & 18. ff. de muner. & honor.* Aliàs muneris vocabulum variè accipitur (1.) pro dono. Et ſic dicitur, Legatis munera

dari

dari Alber. Gentil. *lib. 1. de Legat. cap. 16.* Quamvis donum differat à munere, tanquam genus à ſpecie, & illud, hoc nonnunquam comprehendat. *l. 194. de V. S.* (2.) pro officio *l. 14. ff. de Muner. & honor.* & apud bonos autores paſsim in hoc ſignificatu reperitur. (3.) pro onere, uti in deſcriptione. Cui non eſt diſsimile id quod Marcianus *in pr. l. 214. de V. S.* dicit. Munus (propriè ſumptum) eſſe, quod neceſſariò ſubimus, lege, more, imperiove ejus qui jubendi habet poteſtatem. Notandum verò quòd munus nonnunquam onus & officium ſimul, interdum verò alterutrum tantum ſignificet *l. 1. l. fin. ad leg. Jul. repetund. l. 8. de muner. & hon. l. 1. ad Municipal.* Dn. Georg. Mundius *in Proleg. de munerib. &c. n. 14.*

Onera non dicantur civilia.

VII. Munera illa ſeu onera in genere Civilia dicuntur, ratione ſubjecti à civibus Reip. ſeu illis qui ſubſunt & munera ſufferre tenentur.

*l. 1. pr. l. 3. §. 6. l. 18. § ult. de muner. & honor. l. 1. Cod. de muner. patrim. t. t. C. quem civib. mun. ind.*

Onerum diviſio prima.

IIX. Variè autem diſpeſcuntur (1) in *Personalia*, *Realia* & *Mixta*.

*l. 1. pr. junct. l. 18. pr. de munerib. & honor.* Bart. *in l. 1. Cod. de mulier. in quo loc. lib. 10. t. 62.* Ægid. Thomatus *de mun. patrim. §. Exactio n. 7.* & DD. communiter.

1. Perſonalia.

IX. Perſonalia, aliàs corporalia ſunt quæ animi proviſione & corporalis laboris intentione, ſine ſumptu ſeu aliquo gerentis detrimento perpetrantur.

*d. l. 1. §. 3. l. 3. §. 3. & l. 18. § 1. eod. tit l. 8. §. 1. de vacat. & excuſat. mun.* Bartolus *in d. l. un. n. 7.* & noviſsimè Georgius Mundius à Rodach. *tr. de mun. patrim. cap. 1. n. 10. & Prolegom. n. 18. & ſeqq.* horum tres claſſes facit. (1) Honeſta, id eſt, honorem annexum habentia, alias honores ſeu munera honoraria *l. 14. d. t.* ut ſi quis Conſul, Legatus, Senator, Syndicus &c. ordinetur arg. *l. 2. de In jus voc. ff, l. 1. §. 2. l. 18. §. 12. 13. 14. ff. de mun. & hon. l. un. ibi: honores*

*noris ſeu munera. Cod. de mulierib. in quo loc.* aut ſi alicui ſtipis in æde ſacra colligendæ munus demandatum ſit, Cothman. *Reſp. Acad. 21. n. 23. & ſeqq.* vel alius honoris locus concedatur. Et hoc ſenſu Honor eſt adminiſtratio Reip. cum gradu dignatis *l. Honor. 14. §. 1. d. t.* (2.) Media, hoc eſt, nec honorifica nec ſordida, quæ dignitatem conjunctam non habent, ut Tutela & Cura *l. 1. §. 4. l. 18. §. 1. d. t.* Add. Dn. Ioh. Otto Thabor *in comm. ad tit. C. de met. part. 2. cap. 1. n. 6.* (3.) Vilia ſeu ſordida *l. 5. l. 7. Cod. de SS. Eccleſ. l. 8. §. 4. ff. de Vacat. & excuſ. mun. l. 13. l. 14. Cod. de Excuſat. mun. lib. 10. t. 47.* non quidem per ſe, ſed ratione perſonarum, quibus injunguntur Br. *d. l. un. n. 15.* Mund. *de Muner. cap. 1. n. 191.* Exemplo exhibent *l. 18. §. 2. 3. & ſeqq. de mun. & honor. l. 12. Cod. de Excuſ. mun.* annonæ curam, publicorum redituum collectionem, calcis coctionem, civitatis cuſtodiam &c. Notandum vero perſonalibus muneribus angariarum curam tantum adſcribi, in *§. 4. l. 18 ff. de mun. & hon.* hæc enim perſonæ induſtriam requirit; at *in §. 21. eiuſd. l. & l. 10 §. 2. de vacat & excuſ mun.* angariarum præſtatio, quæ ſine ſumptu expediri nequit, ad patrimonialia refertur.

X. Realia ſeu patrimonialia dicuntur, quæ ſumptibus patrimonii & damnis adminiſtrantis expediuntur. 3. Realia.

*l. 1. §. 3. ff. de mun. & honor. l. ult §. 18. & 21. eod.* Regulariter ab omnibus, qui patrimonium habent cui inhærent, præſtanda ſunt *l. 6 §. 3. & 5. ibid.* Sumptus vero hîc expediuntur tripliciter. Vel enim imponuntur perſonæ tantùm nullâ habitâ contemplatione patrimonii, quo pertinet præſtatio per capita *l 3. de Cenſib. l. 1. Cod. de annon. & trib. tit. Cod. de Capit. civ cenſib exim.* R. A. zu Wormbs / *Anno 1495. t.* Von dem gemeinen Pfenning. R. A. zu Cöln / *Anno 1512. §.* Vnd damit der arme / R. A. zu Außpurg / *de Anno 1518. §.* Vnd nemblich dieſer. Vel imponuntur perſonæ pro rebus ſeu habitâ contemplatione patrimonii *l. 6. §. fin.* ibi: *munerum verò quæ patrimoniorum habentur ff. de mun. & hon.* cujuſmodi ſunt cenſus rerum *l. 4 de Cenſib.* vulgò dicuntur collectæ Gloſſ. *in d. & in fin.* quarum præſtatio fit ſecundum æs & libram, Sumptus expediuntur tripliciter. 1. 2.

 ſeu

ſeu pro patrimonii facultate & modo fortunarum *l. 1. C. de muner. patrim. l. ult. Cod. quem. civ. mun. indic.* atq; ab incolis & civibus tantum ſuſtinentur, non verò etiam à forenſibus *d. l. 6. §. fin.* ibi: *non aliis quam municipibus vel incolis. ff. de muner. & honor.*

3. Vel denique indicuntur ipſi rei, nullâ habitâ perſonæ contemplatione, unde etiam vocari ſolent merè patrimonialia *d. l. 6. §. fin. l. 18. §. 21. d. t.* quia abſolutè dicuntur imponi patrimoniis, id eſt, poſſeſſionibus, & reliquis realibus hâc ratione opponuntur. Atque hæc rei ipſi indicuntur iterum triplici modo. Vel (1) de eo quod faciendum eſt in ipſa re, ſeu de ipſa; ſic præbitio hoſpitii militaris *l. 3. §. 14 ff. de mun. & honor. l. ult. §. 29. & 30. ibid. l. 11. de Vacat. & excuſat. mun.* fit in re ipſa, in domo, ut & munitio viæ, ante domum *l. 1. §. 3. de Via publ. l. penult. pr. de Veteran.* At præſtationes agminalium equorum vel mularum, veredorum & paraveredorum, angariæ & parangariæ *l. 1. l. 2. l. 10. l. 17. l. 18. Cod. de Curſ. publ. ang. & parang lib. 12. t. 51.* (Ex. gr. ad publicæ annonæ transvectionem *l. ult. Cod. de Nav. non excuſ. lib. 11. t. 3.* ad inſtructionem & reſtaurationem pontium & viarum *l. 7. Cod. de SS. Eccleſ* portuſvè & murorum *l. 7. Cod. de Operib. publ.* vel ad aliam neceſſitatem *l. 4. de Veteran.*) plauſtorum, navis, ſervi ad onera publica ferenda *l. pen. §. 1. de Veter.* de re ipſa expediuntur *d. l. 18. §. 21. de Mun. & honor.* Adde Sixtin. *de Regal. c. 13. n. 18. & ſeqq.*

*Hæc triplici modo indicuntur.*

2. Vel (2.) indicuntur de eo quod percipitur ex re, ut de fructibus & proventibus rei, gr. ex. frumenti quinquageſima, hordei quadrageſima, vini & lardi viceſima *l. 9. Cod. de ſuſcept. præpoſ. & arcar. lib. 10. t. 70.* Quò pertinent ſine dubio hodiè die contributiones ſo nicht an Gelde gereichet werden/ als Proviant an Brod/

3. Wein vnd Bier/ Proviantkorn/ Mehl/ Magazinkorn/ etc. Vel (3.) imponitur ipſi rei, de eo, quod neque eſt in ipſa re vel de re, nec ex re, ſed omninò extra rem, ut quando alicui indicitur, præſtatio certæ penſionis in pecunia numerata, annuatim vel hebdomatim ex facultatibus ſuis ſolvenda: pecunia enim ex re ipſa non percipitur. In ſpecie hujuſmodi onera dici ſolent tributa *l. 4. §. 2. de Cenſib. t. t. Cod. de Anno. & trib.* tributiones *l. ult. §. 22. de muner. & honor.* intributiones *l. 6 §. 4. eod.* contributiones *l. 1. Cod. de Apoch. publ. 10. 22.* Qualia, & hi, qui neque municipes,

cipes, neque incolæ ſed forenſes ſunt, primipilaris etiam, veteranus, miles, & alii qui privilegio alias muniti, imò & clerici à poſſeſſionibus ſuis patrimonialibus agnoſcere tenentur *d. l. 18. §. 22. l. 6. §. fin. de muner. & honor. l. de his. 3. Cod. de Epiſcop. & cler.* adeò ut & illi qui fœnus exercent, atque ſic pecuniâ pecuniam lucrantur ab his immunes eſſe nequeant. *l. filii. 22. §. f. Ad municipal. d. l. 18. §. 23. de mun. & hon.* Iung. *l. Hactenus. 8.* ibi: *tributum. de uſufr.* Deinde etiam hûc ſpectat quæcunque collatio publica quæ in pecunia ſolvitur, ut Gabella quæ ex titulis lucrativis præſtatur à donatario, quæ fuit olim quatuor ſiliquarum, ex jugationibus lucrativis, non vero ex humanis vel animalum cenſibus, nec mobilibus rebus ſolvenda, ex Conſtit. Impp. Theod. & valent. *l. un. pr. Cod. de Impenenda lucrat. deſcript.* Add. *l. 18. §. 25. de muneib. & hon.* Eademque eſt ratio in vectigali, quod penditur in pecunia, pro *reparatione publici aggeris*, murorum, viarum publicarum extra civitatem *l. ult. Cod de immunitat. nem. conced. 10 25 l. ad inſtructiones. 7. Cod. de SS. Eccleſ.* Item quod ſolvitur ex eſculentis & potulentis von den victualien / vulgò vmbgeld / acciß / conſumptiengelder / Mehl / und Fleiſchpfennig Mund. *c. 3. n. 143.* vid. Beſold. *theſaur. pract.* & Speidel *in notabil.* verb. Vmbgeld / nec non in cenſu animalium Viehſchatzung *d. l. ult.* ibi: *capitum i. e. animalium. Cod. de immunit. nem. conced.* ubi Gloſſ. & ſimilibus. Obſervandum verò hîc reale hoc munus extra rem differre ab illo; quod perſonæ pro rebus imponitur: quod hic obligata ſit perſona ratione rei in univerſum, ſeu quoad omnes res patrimonij *arg. l. 46. §. 3. de Iur. fiſc. l. 1. Cod. in quibus cauſ. pig.* Illic verò tantum affecta & obligata eſt res particularis propter quam pecunia ſolvenda *l. 7. de Vectigal. arg. l. 19. de Iur. fiſc.* Iung. Bart. *d. loc.*

XI. Mixta, quæ utrumque & corporis animique laborem & ſumptus gerentis exigunt. 3. Mixta

*l. fin. §. 26. & 27. de muner. & honor.* gr. ex. Principi ſuis ſumptibus militare, annonam exigere & de propriis facultatibus impenſas facere, &c. *dd. §§. 26. & 27.* Duo enim ut patet, requiruntur ad conſtituendum munus hoc mixtum, videlicet perſonæ in

næ induſtria & ſumptus (quos ICti damni vel detrimenti voce ſignificant *in l. 18 §. 1. d. t.*) quorum alterutrum ſi abeſt mixtum non eſt, ſed ſimplex. Mixtum ſiquidem omne conſtare debet ex duobus extremis miſcibilibus ſeu ſimplicibus ex quibus mixtum eſſe dicitur. Collecta itaque his annumerari nequit, cùm alterutrum extremorum, perſonæ ſc. vigilantia deſideretur. Et quamvis Bald. *in l. propter in fin. Cod. Qui bon. ced. poſſ.* exiſtimet, collectas formaliter eſſe onera perſonarum, materialiter rerum, ſicque mixtas; tamen falsò id inde concluditur, quaſi verò forma hujus oneris ſit in perſonis & materia in rebus. Baldus enim abutitur illis terminis & in lato ſignificatu hîc applicat. Ponam formam collectarum conſiſtere in reſpectu illo perſonæ, uti iis placet, vel etiam perſonæ inhærere, tum ſublato hoc reſpectu (quod variis modis fieri poteſt exemp. ca: ſi quis ſponte bonis ceſſerit, ab onere hoc liberatur, ſicut fructus perit re perempta *l. repet. §. 1. cum uſumfr. 24. Quib. mod. uſusfr.* Petr. Gregor. Tholoſ. *Syntag. lib. 3. cap. 7. n. 2.*) etiam forma peribit collectæ, & ſic porro ipſa collecta. Quod quam abſurdum ſit in propatulo eſt, nec eget explicatione.

Alia illorũ terminorũ acceptatio

XII. Alio & diverſo modo nonnulli DD. hæc explicant, & Perſonale, quod ratione perſonæ, quod rerum ratione Reale; & quod utriuſq; intuitu imponitur, mixtum vocant.

Iacob. Bornitius *de Ærar. reditib. lib. 4. c. 2.* Petr. Greg. Tholoſ. *lib. 3. c. 5. n. 3.* & alii, noviſſimè Dn. Mund. *cap. 4.* Verum

Sed rejicitur.

hæ acceptiones ut prorſus à Iure noſtro alienæ, ita in explicandis legibus, non tantùm uſum nullum habent, ſed etiam maximis eas involvunt difficultatibus. Libera enim illorum explicatio ab errore non eſt, qui alio ſignificatu, quam primi legum conditores, terminos accipiunt, atque ita tranſgrediuntur, quæ δικαστικῆς ſunt prudentiæ, nomotheticam ſibi jure nullo adſumentes: Imò hinc nodi Gordii & ſcopæ diſſolutæ! Capitatio enim quæ ratione perſonæ dicitur imponi, fit ex ſumptu patrimonii *l. un. Cod. de Capitat. civium cenſib. eximend. 11. 48 J. J. Cod. de Annon. & tribut.* & intervenit perſona tantùm ut

ſubje-

ſubjectum, ejuſmodi collationem miniſtrans, nihil verò ad hoc ſollicitudinis confert aut vigilantiæ, ut in perſonali munere requiritur *l.1. §.3. de mun. & honor. l.18. §.1. eod.* Etſi munus perſonale eſt, quod ratione perſonæ imponitur, conſequens eſt, omnia realia eſſe vel perſonalia, vel omnia eſſe mixta: quia licet quandoque rebus tantum munera imponuntur *l.7. de publican. l. 19. de Iur. fiſc.* omne tamen reale munus iſto ſenſu Doctorum perſonis inhæret ſaltem ſubjectivè, rebus vero tantùm objectivè. Quod ſi itaque in altero extremorum ejuſmodi abſurdum occurrit, idem in illo, quod mixtum hoc ſenſu vocant concurrere neceſſe eſt. Quin etſi concedatur perſonale eo modo munus, quod capiti humano imponitur, aliud eſſe ab eo quod indicitur rebus; veriſſimum tamen eſt & manet, illud perſonale omne eſſe rei veritate reale, & æquivocè ſaltem perſonale vocari; illamq; eſſe non muneris diviſionem in genere, ſed ſubdiviſionem muneris realis, legibus non probatam & utilitate carentem.

XIII. (2.) Onera ſunt vel ordinaria vel extra dinaria. Diviſio ſecunda in

*l.5 C. de Annon. & trib. l.1. in fin. C. de Indict. l. ult. Cod. de mun. patrim, 10.14. l.1. C. de privileg. Domus Aug. lib. 11.74. l. 8. §.3. de Vacat. & excuſat. muner.* Doctores in definiendis iis non conſentiunt, ex quo etiam in diverſas & contrarias opiniones atque difficultates haud leves delabuntur. Nos quod juri maximè conveniens, dicimus: Ordinaria munera eſſe, quæ expreſsè publicâ lege, aut conſuetudine ſtatuta ſunt. *l. un. C. de Vacat. publ. muner. 10.45. l. un. C. de privileg. corporator. urb. lib. 11. t. 14. c. tributum 11. quæſt. 1* Sive annuam & perpetuam præſtationem habeant; ut tributum, contribution zur unterhaltung des Cammergerichts / Anſchlag des Römerzuges / cujuſmodi etiam jährliche Vor-und Nachſchos / etc. junct. text. Matth. *22. verſ. 2. 17. & 21.* Marc. *12. v. 14. & 17.* Rom. *13. v. 6. & 7. l. 5. Cod. de Annon. & tribut.* R. A. zu Augſpurg / *anno 1566.* §. Damit auch dieſe Acht / Cammer-Ordn. *part. 1. t. 42. & ſeqq.* Sive non, ſed in certos caſus, ſi neceſſitas exegerit, per legem publicam ſint conſtituta *l. 5. C. de SS.* Ordinaria.

*Eccleſ.l.2.* ibi: canonicas neceſſitates *Cod. de privil. dom. Aug. l.* 7.
Cujuſmodi ſunt refectio viarum, pontium reparatio, ſuſceptio hoſpitum & militum *l.27.* §.*3. de Vſufr. l.7. C. de SS. Eccleſ. l. 12. l. 14.* §.*2. de muner. & honor.* Simile hodie eſt, Baulebenl Hauptrecht/ Todfall/ Todehand/ Curmede/ quando, ut multis in locis obtinet, poſt mortē ruſtici ſine liberis heredibus defuncti præfecturæ, vel Domino, equus, bos, vacca, vel aliud animal de mortui præſtatur. Vid. Wehn. *obſer. pr. verb.* Curmede *in f.* Beſold. *theſ. pract. verb.* Hauptrecht *n. 25.* & Speidel. *in add. verb.* Hauptrecht *n. 17.* Quamvis autem hæc temporalia tantum ſint, & prout Reip. conducibile & neceſſarium *l. fin. C. de quib. muner. vel præſtat. nem. 10. 48.* indicantur; tamen quia lex ea ſtatuit & determinat, pro ordinariis habenda ſunt, *l. un. Cod. de Vacat publ.* Cauſam enim actu vel potentia perpetuam habent; qualia perpetua eſſe licet non fiant aſſiduè, conſtat ex Ariſtot. *lib. 1. poſt. anal. cap. 7.* Iung Ioh. Limnæ. *de jur. publ. Rom. Germ. tom. 2. c. 7. n. 60.* Vtraque hæc, ut patet, ſummi magiſtratus expreſſa lex facit ordinaria, ſive ſit penſio perpetua ſive temporalis, dummodo habeat ſpeciale nomen expreſſum & præviſum à legislatore, per quod ſolenniter confertur *l. 4. C de Annon. & trib.* Et in hoc conveniunt. Vt diverſa tamen rectè ſeparantur; quod illa annuatim & continuè, etiamſi nulla id efflagitet neceſſitas & ſummis divitiis ærarium abundet; hæc verò non niſi commodum Reip. & neceſſitas exigat indicuntur: ut vel ex *d. l. 5. Cod. de SS. Eccleſ.* facilè eſt intelligere, quæ canonicam illationem ſeu ordinarium munus aliud facit, quod adventitiæ neceſſitatis ſarcina repentina popoſcit. Non autem ex temporalibus continua & perpetua facienda ſunt; ſed tantum nenéceſſitate urgente ſub nomine canonis injungenda. Contra, quàm fecit peſſimo & non imitando exemplo Imperator Leo Iſaurus: Qui tributum ad reficiendos muros Conſtantinopolitanos terræ motu concuſſos indictum, nunquam poſtea abrogavit, ut nec ſucceſſores ejus. Zonaras *3. Annal. ſub. Leone Iſaur. in f.* Vtinam hujus veſtigiis pauci Europæi Proceres etiam cum animæ diſpendio inhærerent!

Extraordinaria. XIV. Extraordinaria vocantur, quæ præter

onera

onera ordinaria, ex improviſo obtingente caſu, à magiſtratu ſeu ſuperiore indicuntur.

*l. 8. §. 3 de Vacat. & Excuſat. mun.* Petr. de Vbald. *de Collect. n. 39.* Ægidius Thomatus *de muner. patrim. §. Exactio n. 23.* Georg. Mundius *de muner. patrim. c. 3. n. 6.* Hinc liquet horum onerum requiſita eſſe (1.) quod à magiſtratu noviter indicantur *arg. d. l. 8. §. 3. de Vacat. & excuſ. mun. l. un. Cod. de Vacat. publ. mun. l. 8. Cod. de excuſat. muner. 10. 47. l. un. Cod. de ſuperind.* ut ita forma eorum ſit ſuperioris conſtitutio. (2) Ad objectum requiritur, ut ſint præter canones ſolennes, in caſum haud prævi-ſum *l. 5. Cod. de Annon. & tribut. d. l un. Cod. de Vacat. publ* (3) citra legem antea conſtitutam *arg. d. l. 8. §. 3. de Vacat. & excuſat. mun.* Thomatus *loc. cit.* Neque officit *l. 1. Cod. de Indiction. lib. 10.* unde nonnulli colligunt omne munus ut maximè initio fuerit extraordinarium, ordinarium tamen eſſe, & ſtatim fieri, poſtquam ſuperioris autoritate lege factâ ſic fuerit indictum Nam diſtinguendum eſt inter voluntatem ſuperioris ad id directam, ut ob caſum improviſum onus extra ordinem imponatur, & directam in hoc, ut idem munus deinceps redeunte neceſſitatis caſu ſemper ſubeatur ſine novo decreto vel conſtitutione. Hæc enim diverſa ſunt, & ex certa mente & intentione Conſtituentis profluunt, ideoque operari non poſſunt effectus illi contrarios. De ultimo caſu agit lex oppoſita; neque dubium, quin lege aut ſtatuto, ex munere extraordinario fieri poſſit ordinarium *Bartol. in d. l. n. 2.* Verùm ut à poſſe ad eſſe nulla eſt collectio, ſic non ſequitur hîc, in illa *l. 1.* ex extraordinario factum eſt ordinarium, ergò in omni extraordinario hoc obtinet: tum quia *l. 1.* non de omni munere extraordinario loquitur, ſed certo quodam & ſpeciali; tum quia voluntas Principis ſpeciali conſtitutione de eodem munere fuit declarata, quod deinceps debeat eſſe ordinarium: tum quia ex eo quod hoc ſpeciali lege factum eſt, apertè conſtat, id munus antea fuiſſe extraordinarium, uſque dum in ordinarium mutaretur, *ibi: non extraordinarium ut hactenus d. l. 1.* Iung Limnæ. *d. c. n. 59.* Dubium.

XV. Cæterùm cùm munera ejuſmodi pleraq; Pertinent ad Ius publicum.

ſum-

ſummam Reip. conferant utilitatem; perſonalia quidem operas, miniſteria, auxilia, induſtriam & labores ſuppeditando; Realia verò res & pecuniam ad Imperii defenſionem & ſalutis publicæ conſervationem: dubium nullum eſt, iſthæc ad privatum jus non pertinere, ſed haud minimam & egregiam publici Iuris partem conſtituere.

Operam itaq; & oleum miſerè perdunt, imò κωφὰ πρόσωπα deinceps in judiciis agant, neceſſe eſt, quicunque nobiliſſimam illam Romani Iuris partem, quæ à talibus refertisſima eſt & in totius Imperii Rom. Germanici judicii, tam in ſupremo illo, auguſtiſsimæ Cam Imper. quàm inferioribus, in decidendis controverſiis, hac de re ſubortis, quotidie obſervatur, inſuper habent & contemnunt.

*Realia præferuntur perſonalibus.*

XVI. Principem autem inter ea locum facilè realia, & ex his, illa obtinent, quæ Remp. rebus atque pecunii juvant & in genere Collationes vocantur.

*Collationis homonymia.*

XVII. Collationis vocabulum ambiguum eſt & varia ſignificat.

In Canonum jure denotat gratuitam vacantis beneficii eccleſiaſtici asſignationem *c. 27. & 28. X. de Præbend. & dignitat.* Fürſtl. Braunſch. KirchenOrdnũg *pag. 174. ſ.* Wo dann vocatur die collatur *& pag. 175.* ibi: den Patronis an den collaturis &c. Civili jure *t. t. ff. de Collationib. bonor. tit. ff. de Collationib. dot. tit. Cod. de Collat.* accipitur pro Illatione in communem hereditatem rei propriæ, ut ea inter conferentem & reliquos heredes, uti omnia bona hereditaria dividantur Bernh Schotanus *in Exam. iurid. Collat. de bonor.* Aliquando vero temporis & rei gerendæ dilationem ſignificat. *l. 9. ff. de Sponſalib.*

*Vera huius loci acceptio.*

XIIX. In materia munerum verò frequenter accipi-

accipitur, pro illo patrimoniali onere, quod ſuffertur pecuniâ, vel fructibus, aut rebus ipſis ratione patrimonii, & aliàs dicitur Collatio publica.

*l. 14. §. 2. l. 18. §. 21. & 25. ff. de munerib. & honor. l. 1. C. de Epiſc. & Cler. l. 5. C. de Exactorib. tribut. l. ult. C. de Indictionib. l. 6. C. de praeſcript. 30. & 40. annor. 2. feud. t. 56.* Bocerus *de Collect. 1. 2.* Georg. Mundius *de Munerib. c. 2. n. 27.*

XIX. Hocq; ſenſu Synonima ipſi ſunt, tributum, intributio, contributio, indictio, collecta, canonica illatio, canon, vectigal, cenſus, quatenus generaliter accipiuntur: nam in ſtricta ſignificatione adinvicem differunt. Synonima.

Tributum latè ſignificat, quod univerſo patrimonio imponitur, *arg. l. 1. Cod. in quib. cauſ. pig. vel hypot.* Et ut Marcus Varro *lib. 5. de ling. Latin.* autumat, à tribubus Romanis dicitur, à quibus pecunia tributim exigebatur: vel quod veriſimilius, à tribuendo, quod ex privato in publicum tribuatur, Feſtus *lib. 18.* Strictiùs denotat, quod rebus tantùm immobilibus vel capiti imperatur *l. 4. §. 2. de Cenſib. l. ult. §. 7. eod. l. 6. §. 4. & 5. junct. l. 18. §. 21. 22. 23. de munerib. & honor. l. 1. & t. t. Cod. de Annon. & tribut.* Indictio ſtrictè idem eſt quod tributum *l. 28. ff. de Uſu & Uſufr. legat. tot. tit. C. de Indictionib.* Dicitur ab indicendis tributis, quod ſubditis indicatur prius, quod ſit ſolvendum tributum *l. 2. Cod. de Indiction.* Nam indictio ſolutionem praecedit. Proinde ut liquet, bifariam accipitur, primò pro actu oneris injungendi; deinde pro ipſo onere quod injungitur *l. 3. Cod. de Annon. & trib.* Heigius *quaeſt. 17. n. 29.* docet Guiliel. Budaeum primum advertiſſe Indictionem priſcis idem fuiſſe, quod vulgus hodie collectam vocat. Collectae vox quamvis in jure Canonico *c. adverſus. 7. extr. de Immunitat. Eccleſ.* haud infrequens ſit in Civili verò planè non reperiatur; tamen Latinam eam eſſe certum eſt: Quippe Cicero *lib. 2. de Orat.* eâ uſus eſt, ut obſervatum Ægidio Thomato *de muner. §. Exaction. n. 24.* De contribu-

Tributum accipitur latè. Strictiùs. Indictio. Collecta.

tributione jam dictum & addatur modò *l.32.§.6. de Adminiſt.& peric. tutor.* Intributionis mentio fit in *l.4. ff. de Veteran.* Canonicæ illationis ſeu canonis *l.5.Cod.de SS. Eccleſ. l.1. Cod. de Indict. l.8.Cod. de Excuſat. muner.* Vectigal à vectura dicitur, Lipſius *de magnit. Rom. lib. 2. cap. 2.* & latè accipitur pro omni commodo & emolumento; quod ex quacunque re civium fiſco infertur, Gœddæus *de V. S. ad l.17.n.13.* Strictè verò ſignificat, id quod pro evectione rerum, aut pro tutando itinere ſolvitur ut ſunt, pedagia, guidagia, Pet. Gregorius Tholoſ. *lib. 3. c. 9. num.1. & 10.* Cenſus accipitur (1) pro deſignatione bonorum ſingulorum civium, publicè facta, Feſtus *in verb. Cenſores* (2) pro tabulis publicis *l. cenſus.10.de Probat.* (3) pro tributo & collatione *l. 4. de Cenſib. t.t. C.ſine cenſ. vel reliq. fund. parar.* Ægidius Thomatus *de munerib. §. Exactio.n. 23.* Dn. Mundius *de muner. patrim.c.2.n.31.* Germanicè dicitur Schatzung/ Steur/ Anlage/ Hülffgeld/ Folge/ Beeth oder Beede/ à Bethen oder Bitten/ quia precibus impetrantur haud invitis ſubditis, Wehenerus *in Obſervat. pract. in extr.* Beede.

XX. Collatio definiri in genere poteſt, munus reale, quod pecuniâ vel fructibus aut rebus ipſis ratione patrimonii præſtatur ad Reip. utilitatem.

*l. un. pr. Cod. de Impon. lucrat. deſcript. l. ult. §. 25. de mun. & honor. l.4. l.ult. §.7.de Cenſib.l.2. ib.: quæ publicæ utilitatis gratia indicuntur. Cod.de muner. patrim. l. 5.Cod. de Exactor. tribut. l 6. Cod. de præſcript.39. vel 40. annor. l.ult.C.de Indict.*

XXI. Et non incommodè dupliciter dividitur (1) in ordinariam & extraordinariam.

*arg. th. 13 & 14.* add. R. A. zu Speyer *de anno 1570. §.* wiewol nun ubi fundata diviſio, in ordinari und extraordinari Reichs-Anlage

XXII. (2) Vtraq; eſt vel bellica vel pacis cauſa.

Vid. Limnæ. *d.tom. 2.c. 7.n.58.in fin.* & Iung. Ariſt. 7. *Polit.8.* ubi alias pecunias bellicis neceſſitatibus, alias domeſticis commoditatibus deſtinat, & hæc ut differentia proponit.

XXIII.

XXIII. Bellica ſeu militaris omnis extraordinaria eſt, quia ſummâ belli neceſſitate imperatur. L. 1 Bellicis

Vid. Ioh. Wilh. Növenſtrunck / im rechtlichen Bedencken von Anlagen / contributionis &c. *n. 151. & num. 171.* Petr. Frid. *de mand. lib. 2. c. 44. n. 10.* certos caſus facit extraordinarios (1) militiæ (2) redemptionis domini ab hoſtibus capti (3) transfretationis ultra mare & (4) filiæ elocandæ. Quamvis autem horum omnium non eadem ſit ratio, & multò plures caſus à neceſſitate imperari queant; hîc tamen in genere requirimus & ad juſtitiam bellicæ collationis neceſſitatem ejuſmodi ſupponimus, quæ præciſa & coactionis ſeu compulſionis vocari ſolet *c. 4. de Immunit. Eccl. c. omnis anima de Cenſib.* ubi nec planè evitari quid poteſt, nec media dari, quibus ſiſtatur, niſi ad ejuſmodi collationem publicæ ſalutis conſervandæ causâ procedatur. De qua præclare Ariſtoteles *Metaph. 5. c. 5. Neceſſitas*, inquit, *videtur inevitabile quiddam eſſe: contrarium enim voluntario & ſecundum cogitationem motui eſt. Item quod non contingit aliter ſe habere, neceſſe dicimus, ita ſe habere: & ſecundum hoc neceſſarium cætera quoq; omnia dicuntur quodammodo neceſſaria. Nam & ipſum neceſſarium aut agere aut pati tunc dicitur, cum contingat propter illud, quod vim infert, ſecundum propoſitum fieri, tanquam illâ exiſtente neceſſitate, propter quam non contingat aliter: & in iis, quæ concauſa ſunt vivendi, & boni ſunt ſimiliter.* Iung. idem *lib. de mund. c. 7.* Et hæc eſt neceſſitas quæ dicitur non habere legem, ſed ipſam (quæ tamen & utilitate publicâ ſuffulta) facere, licitumque reddere quod aliàs illicitum. Vid. poſt Iacob. Menoch. *de arb. jud. qu. lib. 2. cent. 2. caſ. 182.* Dn. Matth. Weſenb. *in Cynos. liturg. de ſubſid. neceſſ. publ. ſer. concluſ. 2. n. 3 & 4.*

XXIV. Et ejuſmodi bellicæ collationes in Rep. noſtra Rom. Germ. ſunt die Türckenſteur / collectæ zu Beſſerung der Hungeriſchen Zipſichen Frontier und Päſſe aliàs Bauhülffe / Defenſion-Hülff / vorraht / quæ pecuniâ penduntur, item Species ejus

 quæ

quæ militibus Hülff mit Volck zu Roß und Fuß & ſimiles.

R. A. zu Speyer *de anno* 1544. §. als aber wir. R. A. zu Augspurg *Anno* 1551. §. ſo haben wir *in fin.* & §. *ſeq. in pr* R. A. zu Speyr *Anno* 1576 §. in ſelbigen Speyeriſchen R. A. zu Wormbs *Anno* 1521. §. item haben wir uns weiter. Equidem de collecta Turcica dubitatum memini, aliis eam ad ordinariam referentibus; Gailius vero intereſſe exiſtimat, num Imperator & ſtatus Imperij illam ſimpliciter exigi & præſtari jubeant, an verò nominatim eam præcipiant, ita ut hoc caſu extraordinaria ſit, illo ordinaria, 2. *obſer.* 53. *n.* 12. Sed verior eſt ſententia, eam ſimpliciter extraordinariam ſtatuens: quia quotieſcunque illâ opus fuit caſu emergente, neceſſe etiam fuit, ut in comitiis ſtatuum conſenſu indiceretur, Imperij Receſſibus abundè teſtantibus. Vid. Limnæ. *d. cap.* 7. *num.* 63.

XXV. Eodemq; collocandæ videntur modernæ Contributiones bellicæ, quatenus de ijs quæri poteſt, an ad ordin. vel extraord. ſint referendæ. Contribution zu erhalt- oder abwendung des Kriegeßvolck / Soldatengelder / Einquartierungskoſten / Proviantgelder / Proviant- Korn / Mehl / Wein / Bier / Brot / Magazinkorn / angariæ & parangariæ militares &c.

Vid. Marpurg. *de Collectis n.*355. & 360. Dn. Carpzov. *reſp. el.* 72. *t.* 10. *lib.* 4. *n.* 22.

XXVI. Vbi tamen animadvertere licet eaſdem vulgò iterum diſpeſci in ordinarias & extraordin. in ſpecie; Ordinari und Extraordinari Contribution.

Longè tamen diverſa ratione & valdè æquivocè. Nam licet in ſe conſideratæ omnes verè & ſimpliciter ſint extraordinariæ: tamen ratione multiplicatorum onerum, & ſic ſecundum quid ſeu ex accidenti, contingit (præter regulares collationes pro ſuſtinendo vel avertendo bello) aliquando propter tranſitum, hoſpitationem, conſcriptionemve militum, nonnihil exigi, quod vulgus ad differentiam ejus, quod aliàs videbatur eſſe regulare, extraordinariũ appellat.

XXVII.

XXVII. Pacis cauſa quæ imponuntur, plerumque ordinariam & perpetuam cauſam habent. Cum verò hodiè proh dolor! nihil frequentius collationibus bellicis, (quibus Germani miſere excruciantur,) eædemque præ alijs ſingularia multa contineant, neq; minus tamen frequentia ſint peccata, quæ circa eas admittuntur; operæ pretium fore putavi, ad vera juris principia examinare, quæ legitima aut juſta, & quæ iniqua ſint ejuſmodi tributa. Et quæ pacis cauſa.

XXIIX. Vt verò juſtæ dicantur collationes bellicæ, alia neceſſaria videntur ratione cauſæ agentis; alia, ratione modi, quo imponendæ; nonnulla ratione materiæ; & deniq; alia, ratione cauſæ finalis. Requiſita Collationum.

Ex his enim verè dijudicari poteſt, quid illæ æquitatis aut iniquitatis habeant: uti in materia tributorum egregiè demonſtrarunt Cajetanus, Franciſcus Suaretz, & qui arcana juris penetravit Ludovicus Molina, ut & acutiſſimus Leonhardus Leſſius.

XXIX. Ratione agentis juſtæ ſunt collationes, ſi is qui illas imperat, legitimam imponendi habet poteſtatem: Quæ aut penes ſummos aut inferiores eſt magiſtratus. Ratione agentis neceſſaria eſt legitima poteſtas.

Quod ut magis pateat ex Leonhard. Leſſio *de Iuſt. & Iur. lib. 2. c. 1.* notandum, triplicem eſſe habitudinem in Repub. (1) Partium ad totum, quæ eſt Iuſtitia Vniverſalis ſeu Legalis: hæc enim diſponit ſingulas partes ad bonum totius Reipubl. (2) Partis ad partem, quæ eſt Iuſtitia commutativa: dirigit enim civem ad civem (qui ſunt illæ partes) ut æqualitas in actionibus illorum, quibus inter ſe communicant obſervetur (3) Totius ad partes; quâ juxta proportionem, inter cives diſtribu-

quæ militibus Hülff mit Volck zu Roß und Fu
& ſimiles.

R. A. zu Speyer *de anno 1544.* §. als aber wir. R. A. zu Auspu *Anno 1551.* §. ſo haben wir *in fin.* & §. *ſeq. in pr* R. A. zu Spe *Anno 1576* §. in ſelbigen Speyeriſchen R. A. zu Wormbs *Anno 1521.* item haben wir uns weiter. Equidem de collecta Turcica dubi tatum memini, aliis eam ad ordinariam referentibus; Gailiu vero intereſſe exiſtimat, num Imperator & ſtatus Imperij illa ſimpliciter exigi & præſtari jubeant, an verò nominatim ea præcipiant, ita ut hoc caſu extraordinaria ſit, illo ordinari *2. obſer. 53. n. 12.* Sed verior eſt ſententia, eam ſimpliciter extra ordinariam ſtatuens: quia quotieſcunque illâ opus fuit caſ emergente, neceſſe etiam fuit, ut in comitiis ſtatuum conſe ſu indiceretur, Imperij Receſſibus abundè teſtantibus. Vi Limnæ. *d. cap. 7. num. 63.*

XXV. Eodemq; collocandæ videntur mode næ Contributiones bellicæ, quatenus de ijs quæ poteſt, an ad ordin. vel extraord. ſint referenda Contribution zu erhalt- oder abwendung des Kriegesvolck Soldatengelder / Einquartierungskoſten / Proviantgelde Proviant- Korn / Mehl / Wein / Bier / Brot / Magazinkor angariæ & parangariæ militares &c.

Vid. Marpurg. *de Collectis n. 355. & 360.* Dn. Carpzov. *reſp. el. 7. t. 10. lib. 4. n. 22.*

XXVI. Vbi tamen animadvertere licet eaſde vulgò iterum diſpeſci in ordinarias & extraordi in ſpecie; Ordinari und Extraordinari Contribution.

Longè tamen diverſa ratione & valdè æquivocè. Nam lic in ſe conſideratæ omnes verè & ſimpliciter ſint extraordina riæ: tamen ratione multiplicatorum onerum, & ſic ſecundu quid ſeu ex accidenti, contingit (præter regulares collation pro ſuſtinendo vel avertendo bello) aliquando propter tranſ tum, hoſpitationem, conſcriptionemve militum, nonnih exigi, quod vulgus ad differentiam ejus, quod aliàs videbat eſſe regulare, extraordinariũ appellat.

XXVI.

XXVII. Pacis cauſa quæ imponuntur, plerumque ordinariam & perpetuam cauſam habent. Cum verò hodiè proh dolor! nihil frequentius collationibus bellicis, (quibus Germani miſere excruciantur,) eędemque præ alijs ſingularia multa contineant, neq; minus tamen frequentia ſint peccata, quæ circa eas admittuntur; operæ pretium forę putavi, ad vera juris principia examinare, quę legitima aut juſta, & quæ iniqua ſint ejuſmodi tributa. Et quæ pacis cauſa.

XXIIX. Vt verò juſtæ dicantur collationes bellicæ, alia neceſſaria videntur ratione cauſæ agentis; alia, ratione modi, quo imponendæ; nonnulla ratione materiæ; & deniq; alia, ratione cauſæ finalis. Requiſita Collationum.

Ex his enim verè dijudicari poteſt, quid illæ æquitatis aut iniquitatis habeant: uti in materia tributorum egregiè demonſtrarunt Cajetanus, Franciſcus Suaretz, & qui arcana juris penetravit Ludovicus Molina, ut & acutiſſimus Leonhardus Leſſius.

XXIX. Ratione agentis juſtæ ſunt collationes, ſi is qui illas imperat, legitimam imponendi habet poteſtatem: Quæ aut penes ſummos aut inferiores eſt magiſtratus. Ratione agentis neceſſaria eſt legitima poteſtas.

Quod ut magis pateat ex Leonhard. Leſſio *de Iuſt. & Iur. lib. 2. c. 1.* notandum, triplicem eſſe habitudinem in Repub. (1) Partium ad totum, quæ eſt Iuſtitia Vniverſalis ſeu Legalis: hæc enim diſponit ſingulas partes ad bonum totius Reipubl. (2) Partis ad partem, quæ eſt Iuſtitia commutativa: dirigit enim civem ad civem (qui ſunt illæ partes) ut æqualitas in actionibus illorum, quibus inter ſe communicant obſervetur (3) Totius ad partes; quâ juxta proportionem, inter cives diſtribuuntur

untur bona & mala communia, hoc eſt præmia & onera:&
dicitur Iuſtitia diſtributiva, & propriè reſidet in principe
nes quem eſt τὸ κύριον ſeu ſummum imperium. Quippe
communium rerum cura;& quæ conſervationem totius
nent, commiſſa & demandata ſunt.

Hæc aut eſt penes ſummos magiſtratus.

XXX. Summi magiſtratus, Imperato
Reges & alij, qui ſuperiorem non recognoſcu
ut & Reſpublicæ, quæ nulli ſubjectæ ſunt, ſubd
ſuis tributa imperare poſſunt.

Bodinus *de Rep. lib. 1. c. 10. n. 169.* Omnes enim majeſta
& jura eidem annexa habent. Imperator vero noſter univ
les collectas non abſque ordinum Imperii conſenſu indici
ex capitul. Carol. V. Ferdinandi II. §§. deßgleichen die Chu
ſten / & Imperii Receſſibus *de anno 1495. fol. 30. & ſeq. de anno*
*fol. 43. & ſeqq. anno 1512.* §. und damit die Meſſigung *& § ſeq. anno*
*fol. 112. anno 1526.* §. *item* als auff dem Reichs Tage *f. 183. Ann. 15*
zum andern: *anno 1530.* §. und nach dem offentlich: *Anno 154*
hierauff haben ſich Churfürſten / *f. 354.* liquidò conſtat. Quod
modo de collectis verum eſt, ſed & quibuſcunque alijs c
tionibus bellicis, tum quod ſimpliciter & ſine ulla reſtricti
loquatur capitulatio; tum quod in collectis Turcicis ſem
de novo ſtatuum conſenſus requiratur *dd. Receſſib.* Idque
naturæ convenienti & pio more introductum, Chriſtiani
ſtri Imperatores haud inviti recipiunt. Neque enim eos ſ
naturali æquitati propiùs accedere, quod Philippus Comir
*lib. 10. comment.* ingenuè pronunciat: *Nulli Principi licere*
*Teruntium exigere à ſuis ſubditis, præter annuum cenſum, niſi pop*
*adſentiatur.* Cui ſuffragatur Generoſus Dn. Ferdinandus
Effern. &c. *qui in aureo ſuo Manuali de Idolo ſtatûs*, Principum
teſtatem tributa exigendi certis limitibus incluſam eſſe, adſ
quos ſine gravi peccato excedere non poſſint.

Aut minores.

XXXI. Non tantùm autem ſummi rerum
bernatores, ſed etiam qui illis parent, juſtè qua
doque collationes imponunt,

Cert

Certum eſt collationum jus Regalibus rectè accenſeri & eminentiæ ſignum eſſe, *per text. tit. 56. Quæ ſint Reg. 2. f. l. un. C. de Superind. l. 8. C. de Excuſat. muner.* Vid. Chriſtoph. Beſold. *Theſ. pract. verb.* Steurſatzung. *n. 114.* Nec nos movet quod Petr. Frederus *de mand. ind. lib. 2. c. 45.* propter ea hæc neget, quia imponuntur non vigore Regalium, ſed vi Iuriſdictionis & ſuperioritatis. Quod quamvis non cohæreat, tamen tantum abeſt, ut id quod vult probet, ut etiam noſtram ſententiam magis confirmet. Nam & Iuriſdictio eſt de numero Regalium, ſecundùm Menoch. *lib. 3. de præſumpt. 97, n. 27.* Peregrinum *de Iur. fiſc. tit. 1. n. 10. lib. 1.* Andr. Knich. *comm. privil. Sax. in verb.* Zoll: hinc quæ ad eam pertinent, conſequenter de Regalibus eſſe, neceſſe eſt. Deinde Regalia etiam nihil aliud ſunt, quàm ſuperioritas ſeu partes ejus & ſigna, ut ex definitione eorum conſtat. Vid. Arniſæ. *de jure Majeſtatis lib. 2. c. 1. n. 3.* Add. Nobiliſſimum Dn. Caſp. Klock *tr. de Contrib. c. 3. n. 136. & ſeqq.* Quicquid igitur competit ſuperioritatis ratione, hoc competit ratione Regalium. Ex collationum verò jure non tantum perſonæ ſubjectionem probari Maſcardus *de prob. Concluſ. 940. n. 1.* autumat, ſed etiam poſſeſſiones & agros ejuſdem territorij eſſe, cui ſolvuntur, DD. adfirmant, ad *l. 3. in verb. ſub qua vicus vel poſſeſſio cenſeatur. Cod. de natur. lib. & matr. eorum.* Vnde Gloſſ. *in c. omnis anima extr. de cenſ.* dicit: Tributi præſtatio eſt ſignum ſubjectionis, & per conſequens majeſtatis: ſubjectio enim indicat majeſtatem tanquam ſuum correlatum *cap. magnum 11. q. 1.* Matthias Stephanus *2. de Iuriſd. cap. 1. memb. 1. n. 115.* Bocerus *de Collect. c. 1. n. 23.* Proinde Petr. de Vbald. *de Coll. n. 5. & Bart. in l. 1. Cod. de Excuſat. mun.* collectas imponendi poteſtatem ſoli Principi adſcribit. Quod quamvis à vero non alienum, ſi de origine & fonte poteſtatis ejuſmodi intelligas, poteſt tamen nonnullis (quia non eſt de reſervatis Principis, ut vocant) ſubditis communicari. Hocque bifariam fit, aut Conceſſione aut præſcriptione. Hæc poſtulat tempus cujus non extat memoria R. A. zu Außpurgk 1548. §. Wann auch ein außgeſetzeter & ſ. wo aber innerhalb Menſchen gedencken. *c. ſuper quibuſdam 26. ſ. præterea extr. de V. S. & l. 3. ſ. 4. ff. de aqua quot. & æſtiv.*

Collationes acquiruntur duplici modo. 1.

Sixt.

2. Sixt. *de reg. c. 14. n. 32.* Conceſſio iterum fit duplici modo aut p
privilegium, aut Inveſtituram ſeu infeudationem. Hoc mo
quando Imperator alicui Regalia in feudum dat, Vulte
*1. Feud. 5. n 7.* Thom. Michael *de Iuriſd. theſ. 24. lit. a.* Illo autem m
do jure ſingulari, quemadmodū certæ perſonæ aut univerſit
Regalia conferuntur: ut Civitatibus quibuſdam exemp
aut communitatibus aliis, Colerus *de Iur. Imper. th. 24.* Cæteri
hæc conceſsio aut eſt generalis aut ſpecialis. Illa non comp
hendit Regalia majora: abſque ſpeciali enim conceſsione
transferri non poſſunt *arg. c. quod translatum, Extr. de off. le*
Roſenthal. *de Feud. c. 1. concl. 14. n. 4.* quæ tamen fit reſervato j
ſupremo, ſeu ut DD. loqui amant, communicativè, non
vativè *l. 1. Cod. de Off. præf. urb. c. dudum de Prabend. in 6to.* Myn
*cent. 6. obſerv. 99.* Pauerm. *2. de Iuriſd. c. 3. n. 32.* Conceſsio expr
non debet extendi ad illa Regalia, quæ expreſsè non ſunt c
ceſſa: uno enim Regali dato, aliud ejuſdem generis datum
verum non habetur *arg. l. 18. §. 11. ff. de Inſtruct. & inſtrum. le*
cum non rectè ab una ſpecie ad aliam inferatur *l. fin. ff. de Ca*
*1. 12. l. 52. ff. de Acquir. poſſ. l. 10. in fin. Cod. de donat. inter vir*
*vxor.*

Magiſtr. minores. 1. Immediati XXXII. Romanorum Imperatori ſubje
quibus collationum jus competit, ſunt vel imn
diati vel mediati.

Illi jure territorii ſeu ſuperioritatis ſuis ſubditis coll
imponere poſſunt, nec tantùm ad imperij ſed etiam ad
vinciæ ſibi commiſſæ neceſsitatem R. A. zu Augſpurg *Anno 15*
Solche der Ständen *verb.* das derwegen ein jede ordentliche O
keit/ wie herkommen und recht iſt/ ihre Unterthanen ꝛc. belegen m
R. A. zu Speyer *Anno 1544. §.* Es ſollen auch alle. *ibi:* doch ſo
mit gemeinen Ständen anderer ſachen/ und fürfallender Nohtturf
halben ſich mit ihren Unterthanen/ von wegen gebührender An
zuvergleichen und zubelegen unbenommen ſein. Meichſn. *tom. 2.*
*deciſ. 8. n. 11.* Knich. *de jur. territ. cap. 3. n. 105.* Sixtinus *de Reg*
*lib. 2. c. 14. n. 21.* Territorij enim jus, quod poſsident, ipſis
mum largitur imperium poſt Imperatorem, ut reſervatis

tum juribus majeſtatis, eodem jure, quod ipſe obtinuit in provinciam, utantur. Vt vel ex vera territorii definitione conſtat, Reinking. *de Regim. ſecul. & Eccleſiaſt. lib. 1. concluſ. 5. c. 2. n. 3.* Boccrus *de Collect. c. 4. n. 5.* Quâ ratione in territoriis ſuis dicuntur vicem Imperatoris obtinere & idem in ſua provincia poſſe, quod Princeps ſummus in toto Imperio. Omnes proinde immediati ordines Imperij, qui territorij jure gaudent, etiam tributa imponere poſſunt; ſed non ſine conſenſu ſubditorum, ſeu ordinum provinciæ, der Landſtände *d.* R. A. zu Speyer *Anno 1544. §.* Es ſollen auch/ Ægidius Thomatus *d. Collect. §. videndum, n. 1. pag. 276.* Petr. Friderus *lib. 2. de Mand. c. 44. n. 7. & 8.*

XXXIII. Immediatorum quatuor claſſes ſunt (1) Principes tam ſeculares quàm Eccleſiaſtici, qui habent die Hohe Landes Fürſtliche Oberkeit/ quibus nemo quod ſciam, poteſtatem collectandi dubiam reddere conatus eſt.

XXXIV. (2) Comites & Barones, qui æquè ut principes in ſuis diœceſibus vicem Imperatoris ſubeunt, , in comitijs Seſſionem & ſuffragiorum jus habent, & territoriali ſuperioritate inveſtiuntur.

Dn. Klock. *tr. de Contrib. c. 4. n. 251. & n. 289.* Schrad. *de Feud. p. 10. Sect. 1. n. 28.* Sixtinus *de Regal. lib. 1. c. 4. n. 37.* Buxtorff. *ad A. B. concluſ. 68. in fin.* Reinkink. *de Reg. ſecul. & Eccleſ. lib. 1. claſſ. 4. c. 15. n. 45. & ſeqq.* Hinc imperium illorum dicitur Gräffliche Landes Obrigkeit/ Baronum Herrlich oder Freyherrliche Landes Obrigkeit. R. A. *Anno 1548. §.* Vnd als erſtlich in ſolcher Regierung R. A. *Anno 1555. §.* Wo auch im heilgen Reich/ in was Oberherligkeiten und gebieten das wehre R. A. *de Anno 1559.* §. und wiewol in ſolcher Executions Ordnung Wehenerus *in pract. obſervat. verb.* Landes Fürſten Obrigkeit Spedelius *in notis elegantiſſ. ad A. B. in proœm. fol. 34. & in Nomb. Iuriſd. Hiſt. Polit. verb.* Lands und Fürſtliche Oberkeit.

XXXV. (3) Imperiales civitates;

Status enim Imperij ſunt, quod certè nomen inane no[...] Seſſionem & ſuffragij jura in comitiis habent; jus territori[...] hohe Obrigkeit/ die Landes hohe Obrigkeit in ſuis diſtrictibus [...] pant. Gail. *2. obſerv. 57. n. 7. & lib. de Pace publ. cap. 6* Bocer. *d[...] c. 4. n. 24. & 43.* Reinkink. *lib. 1. claſſ. 5. c. 5* Lymnæus *lib. 7. c. 1. n[...] & ſeqq.* Magerus *de Advocat. armat. c. 6. n. 187.* Collationes [...] ſuis ſubditis indicere rectè poterunt. *l. un. Cod. de Supe[...]* Paurmeiſterus *lib. 2. de Juriſd. c. ult. n. 17.* Dn. Mundius *de [...] patrim. cap. 2. n. 170.*

XXXVI. (4) Nobiles etiam liberi qui p[...] ter Imperatorem, neminem ſuperiorem habe[...] die Freyen reichs von Adel/ freye Ritterſchafft; die freye [...] Adel/ welche ohne Mittel der Keyſerlichen Majeſtet untern[...] ſen/ territorij & collectarum jure præditi ſunt.

Quia enim ut alij ordines immediatè ſubſunt & conſ[...] tionibus de immediatis loquentibus continentur, nihil ob[...] quo minus etiam paria cum reliquis ordinibus in ſuis terr[...] rijs jura & privilegia habeant. Gail. *2. obſerv. 62. n. 2.* Dn. M[...] *de Muner. patrim. c. 2. n. 228.* Prius vel inde ſatis probatur, q[...] Receſſibus Imperij, ipſis æquè ut reliquis proximè Impera[...] ſubjectis, inter alia conceſſum ſit Religionis, ut vocant, exe[...] tium, R. A. *Anno 1555.* §. und in ſolchen Frieden R. A. *Anno 15[...]* Als auch noch bey unverglichener Häuptſachlich ſtreitiger *relig[...]* Omnia autem hæc magis erunt manifeſta legenti Privile[...] Nobiliſſimo huic ordini ab Auguſtiſſimis Impp. Ferdina[...] I. & Rudolpho II. confirmata: ex quibus etiam Dn. Mund[...] egregiè illorum cauſam defendit, *d. tr. de Mun. patrim. c. 2. n. [...] 249. & 3?0* Magerus etiam *in Advocat. armat. c. 6. n. 110.* accur[...] demonſtrat, territorium, omnimodam juriſdictionem & [...] Regalia Nobiles hoſce habere. Quo loco penes totum [...] ſtrum imperium ſint, ex eo æſtimabitur, quod Imperij Re[...] ſibus ſæpius inſertum reperimus, daß man mit der Ritterſch[...] handelen laſſen ſol. R. A. *Anno 1500.* §. wir oder der an unſer Stad[...]

R.

N. N. *de Anno* 1542. §. demnach haben wir / N. N. *Anno* 1641. und damit ſolche. Sanè ſi non ejuſdem dignitatis cum cæteris ordinibus haberentur, non paciſcerentur cum ipſis de certa pecuniæ ſumma, ſed tantùm imperarent.

XXXVII. Mediatè Imperio ſubjecti quandoque collectas imponunt, ut magiſtratus municipales ſeu univerſitas, non quidem jure Regalium; Sed vel ex conventione & voluntate communitatis, exigente id neceſſitate. 2. Mediatè Subditi.

*L. placet 8. Cod. de Excuſat. muner. arg. c. 1.* §. *ult. Gloſſ. in verb. Proconſ. in fine ff. Quod cujuscunque univerſ. nom.* Petr. de Vbaldis *d. Coll. n. 5.* Dn. Klock. *de Contribut. c. 3. n. 156. & ſeqq.* Idq; etiam naturali æquitati non adverſatur: quâ quiſque onus ſibi imponere poteſt modo quo lubet Leonh Leſſius *de Iuſt. & Iur. lib. 2. c. 33. dubit. 2. n. 15. & dub. 7. n. 51.* Hinc municipalis magiſtratus, ſeu qui præſunt, eâdem potiuntur poteſtate. *per ll. allegat.* Nam eo ipſo, quo ijs adminiſtratio eſt demandata, etiam ea ipſis conceſſa ſunt, ſine quibus officium præſtare nequeunt. Duo tamen ad hoc, ſecundùm pleroſque, ut concurrant, oportet: neceſſitas urgens, & conſenſus univerſi, ſeu eorum qui hoc repræſentant *l. 1.* §. *ult. ff. Quod cujuſcunque univ.* Bocerus *de Coll. c. 5. n. 15.* Commodi autem ſeu utilitatis publicæ ergò (ex. c. ſi turres, aggeres aut muri conſtruendi &c. *l. 18. C. de Oper. publ.*) non niſi concedente ſuperiore collationes illæ exigi poſſunt, ſecund. Henr. à Roſenthal. *tr. de Feund. c. 5. Concluſ. 74 n. 6. & Concluſ. 75.* Petr. Heig. *quæſt. 17. n. 45. part. 1.* At neceſſitate communi poſtulante (ſi nihil ſit in burſa) etiam inconſulto ſuperiore, conſentientibus modò qui contribuunt, juxta Loſæum *de jur. univerſ. p. 3. c. 9. ſ. 2. 3* & Mundium *de mun. patrim. c. 2 n. 397.* Sed verius eſt, ne prætextu neceſſitatis ſubditi indifferenter graventur, etiam necesſitate communi poſtulante requiri Superioris conſenſum per text. in *l. placet. Cod. de Excuſat. mun.* Vid. Chriſtoph. Winzler *de Collect. obſerv. 4. n. 4.* Petr. Peck. *de Iur. Siſtend. c. 4 n. 17.* quibus noviſſimè adſtipulatur Dn. Benedict.

 Carpzov.

Carpz. *definit. forenſ. p. 2. c. 6. def. 24. n. 7.* Cæterum urbs mun
palis eines Fürſten / oder Landſtadt / ut à Paurmeiſtero *lib. de
riſd. c. ult. n. 9.* vocatur privatorum loco habetur, *arg. l. cum
vectigal. 16. ff. de V. S.* Gail. *2. obſerv. 57. n. ult.* & Regalia citra
preſſam conceſſionem acquirere non poteſt. *c. un. quæ ſint reg
feud. t. 56. c. quod translatione 4. extr. de off. Legat.* Sixt. *lib. 1. de
gal. c. 5. in princ.* Hoc adeò verum eſt, ut ne Princeps, q
Superiore ea conſequutus eſt, alij, hoc inſcio & diſſentien
concedere poſſit Klock. *de Contrib. c. 3. n. 170.* Quæ propter,
Vaſallus, qui caſtro vel pago cum Regalibus inveſtitus, abſ
ſummi Principis conſenſu Regalia adipiſcitur ulla; ne
Princeps inferior cenſetur ea tranſtuliſſe, ſine quibus ejus
riſdictio ſuperior ſalva eſſe nequit, Schrader. *de Feud. p. 5. n.*
Dn. Klock. *loco jam alleg.* Proinde is qui hoc modo donatus
feudo, præter illa collectandi jura, quæ municipali magiſtra
competunt, *l. omnes. 12. Cod. de Oper. publ.* & de quibus jam
mus, nulla habet, nec quicquam eum talis infeudatio ju
Bocer. *de Coll. c. 5. n. 7.* Imponuntur verò dicto modo collectæ, n
ſolùm ex conſenſu & conventione communitatis, ſed etian
conſuetudinis, Sixtinus *de Regal. lib. 2. c. 14. n. 30.* Heigius *part
quæſt. 17. n. ult.* Dn. Mundius *de muner. patrim. c. 2. n. 401.* Regali
autem virtute nec hoc poſſunt, niſi illa ipſis expreſsè ab Im
ratore conceſſa ſint.

XXXIIX. Cæterum varietas hæc imp
nentium varias producere ſolet collectas & c
lationes.

Hujuſmodi ſunt (1) Imperiales, quas conſenſu ſtatu
Imperator imponit, ut Romzug / oder Römerzug / Türkenſt
Türkenhülff: hæc à bello contra Turcas; illa à Romana ex
ditione, quæ olim ſuſcipiebatur impetrandæ benedictionis
conſecrationis ergo à Romanis Pontificibus, ut videre eſ
Conſtitut. *Reg. Rom. de expedit. Rom.* quæ habetur penes Gold
*in Reſcript. &. Conſtit. Imper. fol. 28. & 29.* R. A. zu Wormbs *Anno*
Auch haben uns / hodie quia ut inutilis à noſtris Imperatori
negligitur, alijs bellicis uſibus impenditur & applicatur R. A

Rege

Regenſburg *Anno 1594.* §. wiewol nun Churfürſten/ *Ann. 1603.* §. nichts deſtoweiniger *Anno 1641.* §. Anlangend den dritten punct. (2.) Provinciales, quæ indicuntur ab Imperij ſtatibus & qui his æquiparantur, Nobilibus liberis, Regner. Sixtinus *de Regal. lib. 2. c. 14. n. 25. & ſeqq.* Vocantur aliàs Landſteur / Landſchatzung/ Landbeede. Quæ promiſcuè accipi uſus docet, Wehener. *in obſerv. pract. verb.* Beeth. Quod fortasſis inde accidit, quia collectæ bonis verbis auff den Landtagen à ſubditis impetrandæ ſint. Atque hiſce accenſeri poſſunt die Koſten zum defenſion Kriege/ zu abwendung Kriegeßmarch / der Einquartierung etc. it. Einquartierungskoſten / quæ ſola necesſitas atque extremum Reip. periculum imperat. (3) Mediæ inter duas illas ſpecies ſunt, Circulares collationes, quas aut Imperator & Ordines Imperij omnes indicunt & generales vocant, R. A. *de Anno 1582.* §. Neben und uber ſolche/ *Ann. 1594.* §. uff dem Fall fortasſisq; parum à primo genere differunt; aut unius Circuli Proceres injungunt & ſpeciales appellant R. A. *Anno 1555.* §. Ferner als/ unde tamen ſuperioritatem in reliquos nullam adipiſcuntur R. A. *Anno 1555.* §. und ob wol. Obiter hîc notandum, Imperij noſtri ordines in Comitijs Ratiſponenſibus Anno 1603 improbaſſe indictionem collectarum, quæ haud in comitijs ſed in circulorum conventibus à Rom. Imperatore frequens facta eſt; eaque non niſi publicis comitijs, conſenſu omnium ordinum, legitimè fieri, demonſtraſſe. Quâ de re etiam Proteſtantes in literis Lipſ. Anno 1631 graviter conqueſti ſunt. (4) Municipales & Præfecturales ſeu Amptſteur. Illas civitatis provincialis incolæ; has pagani & oppidani præſtant. Petr. Heig. *quæſt. 17. n. ult. p. 1.* Plures fortasſis ex eadem cauſa ſpecies posſint cumulari; ſed id ab inſtituto noſtro alienum.

2. 3. 4.

XXXIX. Atque ſic juſtæ dicuntur collationes, etiam bellicæ, ratione cauſæ agentis. Injuſtæ itaque hoc nomine ſunt, quæcunque ſine poteſtate legitima, nec Regalium vigore, nec conſvetudinis aut pacti vi, neq; alio quodam jure imperantur.

Ratione cauſæ agentis injuſtæ ſunt collationes.

Et ſic peccant Turcæ, Tartari & aliæ barbaræ gentes in Vngariæ, Poloniæ & alijs Chriſtiani orbis finibus, Cat[...] cæ fidei addictos tributis extorquendis excruciant His ac[...] ſemus Pyratas & ſimiles. Privatus etiam qui vel conduct[...] crediti nomine tenet præfecturam, quæ Principi ſubeſt collectas imponendi non habet, multoque minus à foren[...] eas exigere poterit; & ſi contributiones indicere auſus fu[...] injuſtæ & illegitimæ ſunt, nec ullum obligant, adeò ut ne[...] belli injuriam, puta, hoſpitationem, hujuſque damna pe[...] ſa eas indicere poſſit; quemadmodum à ICtis Lipſienſ. le[...] & Ampliſſima Facultate Iurid. hujus Iuliæ Senatui Lisleb[...] reſponſum eſt.

XL. Sed pergamus ad Modum, quo on[...] hæc inter cives dividenda: nam ex hoc impri[...] juſti aut injuſti nomen merentur.

XLI. In horum autem diviſione, quia ju[...] tiæ diſtributivæ etiam commutativa opitula[...] non tantùm proportionem geometricam, ſed [...] iam numeri ſeu arithmeticam locum habere a[...] tramur.

Iuſtitia namq; diſtributiva & bona & mala ad partes di[...] nit h.e. omnibus Reip. membris & præmia & onera diſtri[...] Vti verò in bonorum diviſione dignitatis reſpectu, plus [...] largitur, ita ob eandem, aut nihil aut minus mali ſeu on[...] imponit. Idque hactenus ſecundùm proportionem geo[...] tricam fit, quæ ſervat æquale proportionis ad proportion[...] ſeu æqualitatem inter proportionem rerum quæ diſtribuun[...] & dignitatem ſecundum quam diſtribuuntur. Cæterù[...] penes quem eſt poteſtas diſtribuendi, non tantùm ſtatuit, [...] bus minus oneris vel planè nihil imponendum ſit, ſed et[...] quantum quiſque dare teneatur, determinat ex quantita[...] modo bonorum & fortunarum cujuſque. Prius fit ſecund[...] æquale dignitatis ſeu proportionem geometricam; ad po[...]

rius verò concurrit actus juſtitiæ commutativæ, videlicet numeri & quantitatis proportio ſeu arithmetica, quæ eſt æqualitas rei ad rem & menſura juſtitiæ commutativæ, Leonh Leſſ. *de Iuſt. & jur. lib. 2. c. 2. n. 5.* Collectarum enim & tributorum opera pro modo facultatum, negotiationum & poſſeſſionum injungenda & exigenda ſunt; & quo quis magis divitijs abundat & lucri capit, eò plus etiam ſolvere tenetur: ut præclarè Dominicus Soto *de Iuſt. & Iur. lib 3. quæſt. 6. art. 7. pag. 281.* demonſtrat. Idq; non tantùm ll. civiles & Imperij Receſſus imperant *l. 1. Cod. de muner. patrim. l. ult. Cod. quemadm. Civil. mun. indic. l. 4 de Cenſib. l. 1 & 4. Cod. eod. l. 1. de apoch. publ. l 7. 8. 12. C. de Oper. publ. l. 6. §. 15. de muner. & honor.* R. A zu Cöln *Anno 1512.* §. Und damit die Mäſſigung R. A zu Nürenb. *Anno 1524* §. item wiewol R. A. zu Speyer *Anno 1526.* §. Item auff dem Reichstag *& paſſim*, ſed etiam ſacra lex jubet, *levit. c. 27. verſ. 2. Reg. 23. verſ. 35.* Quæ æqualitas quia nulla eſt alia quam quantitatis ſeu rei ad rem, proinde rectè dicitur, juſtitiam commutativam diſtributivæ hîc adminiculari & ſecundùm proportionem arithmeticam ſeu quantitatis, indictionem & exactionem collationum fieri. Nec novum illud eſt & à veritate Philoſophiæ alienum: nam ut accuratè expoſuit Leſſius *d. lib. 2. c. 1. dub 4. num. 23.* vel etiam in diſtribuendo eo quod ſtricto jure debetur, juſtitia diſtributiva & commutativa in eodem actu concurrunt. Quod demonſtratur exemplo ſatis perſpicuo. Si reditus & divitiæ alicujus Collegij ſeu Vniverſitatis, in ſingulos habitâ ratione dignitatis & ordinis, juxta leges & conſuetudines ejuſdem dividendæ ſint; diſtributivæ ut accedat commutativa juſtitia neceſſe eſt. Illa namque tantùm curat, ut cuique diſtrubuatur ſecundùm proportionem dignitatis, hæc verò ut cuivis detur æquale juri, quod habet, quod jus lege aut conſuetudine vel alia quadam diſpoſitione conſtitutum, eſt rei veritate æquale quoddam commutativum. Quæ utraque neceſſaria ſunt: ſi enim alicui minus dederit diſtributor, quàm jure illo debetur (præſuppoſitâ certâ proportione dignitatis ipſius, ad dignitatem aliorum, quod ijs decem vel quinque data ſint) & quam poſtulat ejus conditio, injuria eum afficiet, quam tenetur reſarcire

cire ex juſtitia commutativa ſecundum proportionem
meticam, Thomas *quæſt. 62. art. 1. ad 3.* proinde etiam hæc
tia violatur. Hinc accidit, ut minus dando quàm deb
contra utramque juſtitiam peccetur: commutativam,
non datur æquale, jure ipſi acquiſitum; diſtributiva verò
non datur juxta dignitatis proportionem, quam habet
lios. Quæ cum ita ſint, nihil obſtabit, quo minùs veru
quod ſtatuimus, etiam in diſtributione horum realium
rum communium juſtitiæ diſtributivæ, commutativam
lari; præſertim cum res ipſa, & naturæ leges, juri poſiti
ſtipulentur, & juxtà cujuſque fortunas onera imponenda
ijs rem rei adæquandam eſſe dictitent, quod arithmeti
proportionis & per conſequens Iuſtitiæ commutativæ.
etiam Franciſcus Zuaretz in *tr. de leg. ac Deo legislat. lib. 5. c*
luculenter ſatis docet hiſce verbis: *Præter proportionem*
*quantitatem totius tributi, & cauſam ejus, quæ pertinet ad æqual*
*rei ad rem, ſeu Iuſtitiæ commutativæ, ſecunda eſt proportio tri*
*perſonas quibus imponitur, & hæc proportio vocatur forma tribu*
*tinetq; ad Iuſtitiam diſtributivam reſpectu communitatis, ſed re*
*in commutativam reſpectu ſingulorum.* Et paulo poſt: *Eſt*
*talis proportio neceſſaria, ut à nullo ſubdito plus exigatur, quàm*
*poſſit & debeat contribuere, & quò ad hoc reſultat æqualitas com*
*tivæ juſtitiæ. Atq; hinc etiam eſt neceſſaria proportio ad res ſup*
*imponitur tributum, quas vocamus materiam tributi.* Ex q
duo hæc patent, 1. Proportionem rei ad rem, eſſe juſtitiæ
mutativæ. 2. Proportionem ſeu æquale tributi ad res q
imponitur, eſſe juſtitiæ commutativæ. Quam ſententia
jam Nævius *ad l. 5. Cod. de anno. & trib.* Socino & Cra
ICtis tribuit. Qui tamen communiter proportioni ra
Geometricæ adhærent. Accedit pro noſtra ſententia
quod res ſubditorum obligatæ ſint tacito pignori pro tri
rum incolumitate *l. 1. Cod. in quib. cauſ. pign. vel hypoth. l. 1.*
*propt. penſitat. publ.* tum quod cives ubi recenter in num
referuntur, obſtringere ſe pacto ſoleant ad iſtiuſmodi col
nes: & pignoris autem causâ & pactum atq; contractus ad
mutativam juſtitiam pertinent, Vid. Ariſtotel. *lib. 5. Et.*

I

*Nicom.c.2. in fin.* D. Thom. *2. 2. q. 61. art. 3.* Neque officit quod *ἀξία* ſeu dignitas in oligarchia ex divitijs æſtimetur, in ijſque conſiſtat, ut & Ariſtoteles, *d. lib. 5. c. 3.* docet. Nam hæc corrupta & aberrans Reip. eſt forma, nec in ea immunes ſunt divites, vel minus tributi dant ob *ἀξίαν* ejuſmodi, ſed æquè ut alij pro divitiarum quantitate onera ſufferre tenentur *l. 3. Cod. de Ann. & trib. l. 1. Cod. de muner. patrim l. 12. Cod. de oper. publ. l. 4. C. Civil. muner. quem. indic. Add. text. 2. Reg. 23. v. 35. Num. 35. v. 8. Levit. 14. v. 21. & 30. Syrac. 33. v. 39.* Diverſum adhuc ſentire videmus Dn. Matth. Weſenb. *in Cynos. liturg. de ſubſid. neceſſ. publ. nuper edita, concluſ. 6. n. 9.* ubi dicit in juſta collectarum impoſitione proportionem non tam Arithmeticam quam Geometricam, diverſo reſpectu ex utraque compoſitam Harmoniam obſervandam eſſe: & *concl. 7.* ait, omnes onere contributionis teneri, quatenus ſumma neceſſitas exigit & publica utilitas, quæ omnes ac ſingulos concernit, proportione arithmeticâ; ac porrò *Concluſ. 8.* proportionem Geometricam in eo conſiſtere, ut ſingulis æquale ſeu conveniens onus juxta facultatum vires modumve imponatur. Verùm enim verò modus iſte, ſeu proportio inter bona ſubditi & pecuniam, quam hic ex fructibus eorum tributi aut collectæ nomine pendet, non poteſt non eſſe arithmetica, quia eſt rei ad rem ſimpliciter, nullo verò modo Geometrica, quia bona poſſidens, exinde quod in dignitate poſitus eſt, v.c. Conſul. Senator, non minus ſolvit, ſed in eo æquè ac in plebejo bonorum habetur, non perſonæ ratio. Vnde rectè improbatus fuit cenſus à Servio Roman Rege olim inſtitutus: quando prima claſſis accenſorum 100000 æris fuit. ſecunda 70000, tertia 50000, quarta 25000, quinta 100000 & ſexta reliquam turbam abſolvit. Quia poterant in quinta & ſexta ditiores reperiri quàm in prima, ſecunda vel tertia, locupletiores inter infimos quam ſupremos vel medios. Quemadmodum verò inter bona ſingulorum civium & partem tributi illam quam quiſque ſolvit, non niſi arithmetica proportio eſt. ita etiam eadem inter illos adinvicem conſideratos locum habet, v.c. ſi qui ex bonis ſuis, quæ quidem fructifera ſunt & 100 adæquant, groſſum pendit, ergò qui 200 in bonis habet,

 duos

duos groſſos ſolvit; qui 300, tres, qui 400 quatuor, qui 5
quinque, & qui mille, decem, qui 2000, viginti, & ſic deinc
Semper enim hic (quoad proportionem applicatam, nam
numero quà tali & numerante, hic agi, nemo ſanus arbitr
tur) æqualitas eſt inter rem ad rem, ſeu inter bona & tribut
adinvicem, nulla perſonæ dignitas attenditur. Perinde
cum emuntur res diverſæ & inæquales à diverſis, pretium fit
æquale, nec tamen emptio & venditio juxta proportionem
ometricam inſtituitur: ita etiam hic inæquale eſt damnum
onus tributi in divite & eo qui fortunæ mediocris, nec tam
propterea juxta proportionem geometricam attribuitur, c
non adæquetur perſonæ merito, ſed bonis quæ quis habet, q
bus onus debet eſſe æquale. Equidem in capitatione, quæ
Moſaica lege olim obtinuit, diverſum videri poſſet, quod
guli ſive divites ſive pauperes qui compleverant 20 ætatis an
ſemel tantum Sicli dimidium pro expiatione animaru
*Exod.c.30.v. 12.& ſeqq.* & conſtitutione tabernaculi, *Exod.38.v.*
pendere cogebantur. Sed etiamſi perſonis impoſitum ſi
juſmodi tributum, tamen inde non ſequitur, ibi dignitatis
meriti rationem habitam fuiſſe, quæ perſonæ nomine veni
actibus juſtitiæ diſtributivæ, ſed potiùs proportionem Ari
meticam inter perſonam ſeu animam & pretium ſive tribut
*d.v.12. verb. dabunt ſinguli pretium pro animabus ſuis Domino.* Id
multò magis patet, ſi capitationis ejuſmodi certi gradus re
ad facultates & commercia cujuſque conſtituantur, uti fact
anno 1495. Imperij Receſſus teſtatur, ſub tit. Des gemei
Pfenniges / *item Receſſ. de anno 1542. & 1544.* hic enim propor
quæ rei ad rem, manifeſtior evadit. Quod vero caſu ſum
necesſitatis omnes teneantur ſubire collationes publicas
reſpectu dignitatis: hoc ipſum demonſtrat regulariter, ubi
ceſſitas nulla ſuboritur, & tamen tributa annuatim, ut conſ
ſolvenda ſunt, dignitatis rationem eſſe habendam. Ideo
ordinarium & ex natura collationum publicarum eſt, in iis
ponendis attendi reſpectum perſonarum, ut vel ex *l. placet.*
*de SS. Eccleſ.* apparet: attamen in diviſione & diſtributione
larum, inter ſingulos qui non ſunt immunes, propo

ob

obſervatur rei ad rem, ſive de caſu neceſſitatis quæſtio ſit ſive non.

XLII. Proportio geometrica obſervatur in prima indictione, quando imponens univerſum Reip. corpus ſibi ob oculos ponit, & penes ſe ſtatuit, cui ob dignitatis & ſtatus rationem onus imponendum ſit vel non. Iuxta proportionem geometricam.

Dignitas enim & diverſus in Rep. viventium ſtatus efficit, ut onera omnibus æqualiter non imponantur. Sic Clerici ob ſtatum à quibuſdam muneribus liberi ſunt, Nobiles etiam. Doctores & alij, de quibus in ſequentibus, Deo auxiliante, agemus, illam propter rationem aliqua immunitate gaudent.

XLIII. Conſtituto vero qui ſolvere debeant, diſtributio collationum facienda eſt citra perſonarum reſpectum, juxta comparationem ſeu proportionem rei ad rem, quæ Arithmetica vocatur. Vel arithmeticam.

Diſtributio iſta vulgò appellari ſolet die Einthellung / differtque ab indictione der belegung / beſteurung / ſteurſatzung / & hujus eſt adminiſtratio atque executio. Vid. poſt alios Dn. Carpz. *Reſp. elect. 72. lib. 4. t. 10. n. 2.* Mund. *c. 7. n. 75.*

XLIV. Etſi autem diſtribuendi modi varij habeantur, omnium tamen in Collationibus, maximè bellicis, rectiſſimus & æquiſſimus ille eſt, quem omnes ordines, juxta ſingulorum fortunas ſeu patrimonia, ſuſtinent, & jura omnia imperant atque præſcribunt. Modus per æs & libram optimus.

Vulgò vocari ſolet juxta æs & libram, quòd ſumma in eo ſit æqualitas & tributum quodammodo appendatur ſecundùm cujuſque facultates. Lex divina, quæ æquitatis regula certa eſt, ſecundum divitias & opes cujuſque onera imponi jubet *Lev. 14. v. 21. & 30. c. 27. v. 8. 2. Reg. 23. v. 35. Num. 35. v. 8. Eccleſiaſtic 33. v. 30.*

Huic ſuffragatur naturæ jus, vetans ultra vires aliquem oner re, ſuum vero cuique etiam in oneribus tribuendum juben cum enim in his etiam reperire liceat plus & minus *l. ult. Co civil. mun. quemd. indic.* in ijs etiam poteſt eſſe æqualitas, qu eſt jus illud tribuendum, quia inæqualitas eſt injuria. Et quale illud optimè hîc attenditur, ubi, ut ſuperioris officio in cumbit *l. illicitas 6. §. Ne potentiores ff. de Off. præſid.* cavetur ſedu lò, ne debiliores à potentioribus opprimantur. Hujus duc cùm de iniquitate capitationum conqueſti eſſent nonnul cenſum facultatibus fuiſſe accommodatum teſtatur Caſſio *lib. 7. ep. 45.* Et in Rep. Rom. Servius Tullius appoſitè ſatis i ſtituit, ut cùm antea æqualiter conferrent, cenſus accomm daretur ad gradus patrimoniorum, ne ultrà vires tributis on rarentur, Halycarn. *lib. 4* Liv. *lib. 1.* Flor. *lib. 1. c. 6.* Romano ju id apertiſſimè ſancitum eſſe conſtat, præcipuè ex Imperat rum, qui Sec. *2. 3. 4. 5. & 6.* vixerunt, conſtitutionibus & reſpo ſis ICtorum illius temporis *l. 4. l. 5. de Cenſib. l. 6. §. 4. de muner. honor. l. 1. Cod. de muner. patrim. l. 4. Cod. quem. civ. mun. indic. l. 1. 4. de cenſib. l. 1. Cod. de apoch. publ. l. 7. l. 8. l. 12. Cod. de operib. pu Nov. 17. c. 8 l. 3. C. de annon. & trib. l. 5. C. qui bon. ced. poſſ. l. ult. C de immun. nem. conced. & ſimil.* Quibus accedit jus canonicũ *c. 17. Cenſ. c. cũ amplius c. cum licet. eod. c. in qualib. & c. ſeq. 23. q. 8.* Enimve ex natura collectarum eſt, ut ſit onus fructuum, ac ratione p ſeſſionis & perceptionis potiſſimùm expediatur. *l. 13. Cod. de empt. l. 2. C. de annon. & trib. l. 4. ff. de Cenſib.* Imperij noſtri orc nes eundem quoque modum amplexi ſunt, ut collectæ diſtı buantur in univerſos & ſingulos, reſpectu habito ad cujuslib facultates. Goldaſt. *in Collect. conſtit. Imper. tom. 2. pag. 84.* Eoq nomine conſtitutus eſt modus nach dem gemeinen Pfenning Comitijs Ratiſponenſibus anno 1471. Vid. Chriſtian. Lehm *Chron. Spirenſ. lib. 7. c. 112* & ſecundum expeditionem Rom nam, nach dem Römerzuge R. A. *Anno 1603. §.* Nichts deſto weni aber/ darneben ihre/ cujus etiam meminit Lehnrecht *art. 8* Lic vero in comitijs anno 1508. & 1603. acriter concertatum ſ nter modus, des gemeinen Pfenniges an vero des Römerzuge retinendus, & tandem hujus propugnatores obtinuerint. V

D

Dn. Carpz. *ad L. Reg. Germ. c. 8. ſect. 5. n. 8. ad fin. & ſect. 6.* hinc tamen non ſequitur, modum per æs & libram eſſe antiquatum; nam in utroque habita eſt ratio bonorum & facultatum: ſubditis etiam cujuſcunque ordinis ſic imponuntur. Quamvis negari nequeat Imperij matriculam, quæ olim hoc nomine facta, & ſecundùm quam ejuſmodi collecta exigitur, ob vetuſtatem ſuam iniquitate laborare, in eaque alium ſtatum præ alio gravar. Dubio enim omni caret, tanto temporis intervallo multos divitiis auctos, pleroſq; verò, præſertim per diuturnum hoc bellum, paternis ſuis bonis exutos eſſe, quibus certè eadem oneris quantitas ſine violatione æquitatis injungi non poteſt. Atq; ſic modum per æs & libram in hodiernis collectis bellicis æquiſsimum & tutiſſimum eſſe, rectè autumant Marpurg. *in Reſponſ. de Collect.* & rationibus probat Dn. Carpz. *de reſponſ. 72. n. 21. 22. & ſeqq.* Add. Autor kurtzer erinnerung von nothwendiger gleichheit und Kriegs Contribution *Anno 1644.*

XLV. Modus autem iſte beneficio cenſûs ſeu formâ cenſendi obtinetur, & abſque ea vix ſervatur. Hic cenſu obtinetur.

XLVI. Cenſus tribus potiſſimum abſolvitur 1. Cenſorum conſtitutione, 2. Profeſſione. 3. Æſtimatione. Cenſendi forma ut ritè fiat, tria requiruntur.

Cenſorum penes Romanos olim duplex erat officium. Primum conſiſtens in morum emendatione, eſt poteſtas inquirendi in viam & mores privati cujuſque. Hinc nota cenſoria, quam remiſsionem muneris ſine ignominia fuiſſe exiſtimat Gell. *lib. 7. c. 22.* Alterum conſiſtit in perſonarum, dignitatum & divitiarum æſtimatione. De ultimo hoc, quod circa poſſeſſiones & divitias verſatur, nobis ſermo eſt, quod deſcribitur *l. 4. ff. de Cenſib. &* R. A. zu Speyer *de anno 1544.* §. doch ſollen gemeine Bauers leute / *pag. 321.* Ipſi verò cives hanc vicem cenſoris ſupplere, bona ſua æſtimare, & onera indicta inter ſe dividere poſſunt, *d. §.* doch ſollen etc. uti Menoch. *Conſil. 28 n. 33.* inde probat, quod non ſit de Regalibus. Sed magis congruit ratio

ex *l. 3. Cod. de met. & epidemet. Nov. 38. præf.* à Dn. Ottonē
bore *part. 2. c. 2. n. 9. & ſeqq.* explicata. At ſi inter eos non co
niat, Territorij Dominus Peræquatores ſeu cenſores conſti
Feſtaſius *de Collect. c. 1. quæſt. 21. n. 6. & 12. arg. l. ſuſceptores 10.*
*de Suſceptor. præpoſ. & arcar. 10. 70.* qui probi honeſti & pru
tes viri eſſe debent, atque ad hoc officium ſingulari juram
adſtricti R. A. zu Speyer *anno 1544. §.* und damit nun/ *& §.* u
mit dieſe / *cum ſeqq.*

XLVII. Cives legitimè citati quicquid in b
habent, profiteri debent ſive mobile ſeu immo
illud ſit, ſeu alio quodam genere comprehend

*d. l. forma.* R. A. zu Speyer *anno 1544 §.* damit aber/ Prof
dicitur Anzeigung der Haab und Güter *d.* R. A. zu Speyer/ §.
ſollen gemeine/ *junct* §. damit aber die gehorſame/ Omnes aute
ves per pulſum campanæ, proclama, aut alio legitimo m
citari debent ad conficiendum cenſum. Nam non citat
ligari non poſſunt, nec illis matricula præjudicat, nec n
*l. quæ quisque, 64. ff. de acquir. rer. dom. l. cenſualis. 7. C. de donat*
citati tamen, ſi non appareant puniendi ſunt graviter. Feſt
*part. 1. de Collect. c. 1. n. 18.* Bona verò commodè hoc ordine
fiteri ſeu deferri debent. 1. Immobilia & quæ ijs accenſe
ut ſunt primò, prædia ruſtica, ſterilia & frugifera, idem
*d. c. 1. n. 27.* juxta cum fructibus, tam ijs quos percipit D
nus, quam quos Dominus lucratur. Prius Bartolus *ad l. 1.*
*Cod. de mulier. & in quo loc.* poſterius multis probat Meno
*lib. 2. de arbitr. judic. caſ. 565. n. 37 & in conſil. 1145. in 5. arg* De
urbana prædia, cum penſione, quæ ex locatis ijs præſta
Lucas de Penna *l. 1. Cod. de annon. & tribut. & in l. in his col.*
*de præd. navicul.* Albericus *in rubr. ff. de muner. & honor.* Feſt
*p. 2. c. 1. n. 15.* 2. Mobilia, ex quibus fructus aliquis ad domi
aut poſſeſſorem redit, ut pecunia lucri cauſa argentarijs
dita R. A. *anno 1544. §.* und dieweil nun. Bartol. *in l. un. n. 31. C.*
*mulier. in quo loc.* Thomatus *tr. de Coll. §. pauperes n. 9.* 3. N
na & actiones, *d. Receſſu* §. Es ſollen auch funffzig Gülden et
*d. l. 4. §. 5. ff. de Cenſib. junct.* R. A. zu Speyer *anno 1642.* §. damit

ſ

ſolcher Ordnung / modò debita ſint exigibilia. Iung. Carpz. *Reſp. 72. n. 13. lib. 4. tit. 10.* 4. Mercatorum, Artificum & piſcatorum merces, lucra & emolumenta ex mercatura artificiis, aut quovis alio quæſtu ipſis accedentia *d. l. forma 4. §. in ſervis. 5. §. ſeqq. ff. de Cenſib. l. filii 22. §. fin. ad municip. l. 7. Cod. de Excuſat. mun.* Menoch. *conſil. 1145. arg. 5.* Lucas de Penna *in l. 2. q. 11. de quib. mun. nem. lic. lib. 11.* vel reditus annui R. A. *anno 1544. §.* Es ſollen auch. Hoc ordine profeſſio inſtituenda. Quibus addi poteſt Maxim. Fauſt ab Aſchaffenb. *Conſil. pro arar. claſſ. 4. ord. 213.* Verùm quia bona & reditus, de quibus tributa ſunt exigenda, illa demum dicuntur, quæ deductis oneribus & ære alieno ſuperſunt, *l. ſubſignatum. 39. §. 1. de V. S.* ſæpè enim poſſeſſores domus vel prædij multo ære alieno ſunt gravati, & bona nullo vel exiguo commodo ipſis cedunt, fructibus etiam pro uſuris obligatis: hinc Cenſores quoque excipere & notare debent æs alienum profitentium, illudque deducere: quia hoc neglecto collectæ non debentur. Vid. Don. Garſ. Maſtrill. *lib. 2. deciſ. regn. Sicil. 112. n. 18.* & poſt ICtos Marpurg. *n. 490* Bened. Carpzov. *d. reſponſ. 72. n. 30. & ſeqq.* Poſſunt etiam profeſſiones iſtæ juratò fieri: quod tamen quia perjurii anſam præbere videtur, putant nonnulli magis è re civium eſſe, ſi illorum fidei committatur manu ſtipulatâ, mit einem Handſchlage / vel bey der Pflicht / damit ſie jhrer ordentlichen Obrigkeit zugethan / auff jhr Treu und Glauben und Chriſtliches gewiſſen / R. A. zu Speyer *anno 1542. §.* alſo ſollen ꝛc: & §. dieweil aber / *vel* an guter wahrer Treu / an geſchworner Eydes ſtat / *juxta* R. A. zu Speyer *anno 1544.* §. doch ſollen gemeine Bawersleute und Unterthanen etc. poſſeque eò diligentius in ſuſpectorum bona inquiri, graviterque fallentes puniri *l. quiſquis. 2. Cod. de Cenſib. 11. 57. d. §.* doch ſollen *in fin.* Add. Marpurg. *n. 481.* Verùm enim verò, quia & magna ſæpè eſt hominum perverſitas, ut celare omni modo potiùs res ſuas, quàm ſummâ neceſſitate Remp. juvare velint; neque opus eſt, ut de viritate dicenda hîc juretur, certæ rationis eſt, profitentes quoque ejuſmodi juramento adſtringere ſaltem credulitatis, ut Deum teſtem vocent, ſe verum profeſſurum, & judicem perjurij, ſi quid jurejurando committatur: quod & juri communi conveniens

*l. 2.*

*l.2. Cod. quand. & quib. quart. pars l. 10. 34.* cùm & ſæpè tale q
fiat in negotiis privatorum ad ipſorum tantùm utilitatem
ſtantibus *arg. t.t. de in lit. jurand.* Carpzovius *d.t. 10. reſponſ. 74*
Bornitio Maximil. Fauſt ab Aſchaffenburg *claſſ. 4. conſil. 65. ord.*

XLIIX. Æſtimatio hîc requiritur bonor
delatorum. Germanicè dicitur die Schätzung.

Æſtimare autem debet ipſe, qui bona defert ſeu profit
*l. forma. ibi: omnia ipſe qui defert, æſtimet. ff. de Cenſib.* cui concor
exactè text. R. A. zu Speyer *de anno 1544. ſ.* damit aber die ge
ſame *verb.* auff den angeſetzten Tag jhrer jeder ſein ſelbſt vermö
fällen recht iſt præſcribiret/ ꝛc. *arg. l. fin. Cod. Fund. patrim. lib. 11. t. 61. l. 1. Cod. de Erogat. militar. annon. lib. 12. t. 38.* Et hoc quidem de præſcriptione immemoriali certiſſimum eſſe demonſtrant Iaſon *in l. 28. limit. 10. Cod. de Pall.* Covarruv. *in regula poſſeſſor p. 2. §. 3. verſ. 5.* An verò breviori temporis ſpatio immunitas obtineri poſſit, dubium reddit *l. 6 Cod. de Præſcr. 30. vel 40. ann.* quâ omnes præſcriptiones cujuſcunque temporis contra publicas functiones & collationes prohibentur. Sed hæc difficultas facilè expediri poteſt, duobus hiſce caſibus obſervatis: Aut præſcribens nudo temporis lapſu nititur; aut ſimul habet, quo conſenſum ſuperioris probet. Illi 40 annor. præſcriptio nihil prodeſt *arg. l. 6. Cod. de Præſcript. 30. & 40. ann. l. ult. ff. de aqua & aq. plu. arcend. lib. 6. de Operib. publ.* Sed talis requiritur, quæ hominum memoriam excedit *arg. l. ult. C. fund. rei priv. lib. 11.* quod luculenter adſerunt Impp. hiſce verbis: *Excepto vetuſtatis auxilio.* Sin verò poſterius h. e. conſenſum ſuperioris poſſit probare, immunitas 40 annis præſcribi poſſe videtur. *l. f. C. de Fund. patrim. lib. 11. t. 61.* Vti hæc Dn. Ioh- Otto Thabor *in comment. ad tit. C. de Metat. & Epidemet. part. 3. ſect. 2. c. 4. n. 11.* eruditè explicavit. Verum enim verò, obſervandum hîc omnino eſt, non facile licere, etiam hiſce modis, immunitatem parare, ita ut onus, quod tibi incumbit, ad concives devolvatur. Omnes ſiquidem pacis fruuntur commodo, & res ſuas onerum illorum beneficio ſalvas habent; damna proinde ſuſtineant, qui commodo potiuntur *l. ſecundum ff. de R. I. C. qui ſentit 55. de R. I. in 6.* Leges etiam ſummæ iniquitatis damnant, & maximè prohibent onera hujus alteri imponere, & hunc præ illo gravare oneribus *l. 12. in fin. Cod. de ann. & trib. l. Fundos 10. Cod. de Fund. patrim.* Imo Vaſquius *lib. 1. contr. c. 25. n. 16.* adſerere audet, mortaliter illos peccare, qui exemptionem ab oneribus Reip. procurant.

LXXI. Claſſis perſonarum, quibus lege munerum quorundam vacatio datur, primos exhibet Clericos. Clerici lege ſunt immunes.

Latè hîc accipiendum eſt clericorum nomen, ſc. pro omni-



bus

bus perſonis eccleſiaſticis, ut in *cap. non dubium, 5. & c. De n libus 33. extr. de Sent. excommunicat.* prout differt ab ijs, qu

1. Civili ci vocantur. Eccleſiaſticos illos, quos clericos dicimu peratores à civilibus oneribus immunes pronunciavert *l. Placet 5. Cod. de SS. Eccleſ. & l. 2. Cod. de Epiſc. & Cler.* volu redundare multis privilegijs. In Nov. *Item nulla communit* Fridericus Imp. omnes publicas & privatas perſonas, ſub comminatione, prohibet Eccleſiis vel pijs locis alijs, aut E ſiaſticis perſonis collectas, exactiones, angarias & parang imponere. Quibus magnum robur addit authentica: C

2. Canonico. *irrita Cod. de SS. Eccleſ.* In Canonum etiam jure Bonifaci Pontif. *c. quanquam 4. de Cenſib. 6to.* Eccleſiaſticas perſo res ſecularium exactionibus eximit, & perſonas privatas, contra faciunt, ipſo facto excommunicat & communitat terdicto ſubjicit, à quibus pœnis non poſſit abſolvi, niſi reſtitutione. Et *c. non minus. cap. adverſus extr. de Immun Eccleſ. c. 1. de Immunitat. Eccleſ. in 6to. Clement. c. Præſenti de* idem conſtitutum eſt. Benedictus XI. tamen *in Extravag. olim de Immunit. Eccleſ.* videtur abrogare illam partem D Bonifacij, quæ de ſpontè dantibus collectas & ſpontè acci tibus, agit. Deniquè illis accedit Bulla cænæ Domini, Conſtitutio Bonifacij renovatur, & omnes, quicunque ſijs, perſonis Eccleſiaſticis aut ipſorum bonis, imponunt cunque tributi genus, vel onus, aut id exigunt, vel à ſponte te accipiunt, vel per ſe, vel per alios, directè, aut indirect quid horum facere, exequi vel procurare, conantur, ipſo excommunicati ſunt, ut liquet ex clauſ. 18. ejus Bullæ. C explicant Mart. Azpilcueta Navarrus *in Enchir. cap. 27. n. 70.* Ludov. Molina *de Iuſt. & Iur. tom. 3. diſputat. 670. pa*

Non verò divino. Franc. Toletus *in ſum. caſuum conſcien. lib. 1. c. 29. n. 1. & 3.* Cæt nulla lex Divina reperitur, qua exemptio illa clericorum firmetur; nam exempla duo, alterum Ioſephi *Geneſ. 47.* alt Artaxerxis *1. Eſdræ 7.* legem divinam non conſtituunt. Hinc jam allegatus Molina *Tom. 1. diſput. 31. n. 11.* ex D. Thoma de ſtrat, exemptionem Eccleſiaſticorum à tributis, nec nec tis, nec de jure divino eſſe. Idemquè jam ante defendit I

C

Covarruv. *quæſt. pract. 31. n. 2.* Guil. Barclajus etiam in *lib. de Poteſt. Papæ cap. 15. m. pag. 122.* Bellarminum laudat, quod contra Canoniſtas adſeruerit, nullo divino, ſed tantùm humano jure immunitatem illam introductam eſſe, nec ullum proferri poſſe Dei verbum, quo iſta confirmetur. Soli proinde Pontifices Romani ſuis Sanctionibus & Bullis, non conſentientibus Principibus ſecularibus, immunitatem clericis dare non poſſunt, nec invitis Imperatoribus, Regibus & Principibus, ſubditos à Iuriſdictione & civilibus oneribus eximere. Imo pugnat hoc cum D. Paulo, qui ad *Rom. 13.* Omnem animam (quo etiam teſte Chryſoſtomo, Clerici comprehenduntur) poteſtatibus ſublimioribus, ſubeſſe jubet. Pontificia itaque exemptio Iuribus Imperatorum, Regum & Principum nihil derogabit, nec clerum in temporalibus ſubjectum ab oneribus liberabit. Quod Ludovicus Molina *tom. 3 diſput. 672. n. 2.* ingenuè fatetur. *Caſus*, inquit, *in quibus licitè ex Eccleſiaſticis tributa accipiuntur, non ſunt comprehenſi in Bulla cœnæ Domini: mens quippe Summi Pontificis, in ea Bulla eſt excommunicare eos ſolos, qui onera & tributa, jure non permiſſa imponi Eccleſiaſticis, aut eorum bonis, eis imponunt, aut ab iis exigunt, vel accipiunt.*

LXXII. Immunes autem ſunt Clerici à perſonalibus, ſordidis & extraordinarijs muneribus. A quibus immunes.

*L 6. Cod. de Epiſc. & Cler.* Presbyteros, diaconos &c. Valentinianus Imp. perſonalium munerum expertes eſſe præcipit. I.
Quòd ſi verò neceſſitas exigat, imminente ſummo civitatis periculo, ad murororum defenſionem advocari poſſunt. *c. omnes animæ 2. extr. de Cenſib. c. pervenit. 2. extr. de Immunitat. Eccleſ.* & ad excubias agendas, & ad vigilandum pro ſe & Eccleſia ſua, quæ alio modo ſervari nequit, compelluntur. Petr. Gregor. Tholoſ. *Syntag. lib. 3. c. 8. n. 4.* Paulus Chriſtinæus *vol. 2. deciſ. 9. n. 2. vol. 5. deciſ. 39. n. 40. & deciſ. 42. n. 22.* Nam neceſſitas legem non habet, ſed dat. *l. 2. Cod. de Patr. qui filios diſtrax. c. conſilium 2. extr. de obſerv. jejun. c. quanto 4 extr. de conſuetud. c. quod non eſt licitum 4. extr. de R. I* cuivis defenſionem (quæ aliàs naturâ licet

*l. 3. ff. de Iuſt. & Iur.*) concedit. Deinde Impp. quoque vetant Eccleſiaſticorum prædia uſibus cæleſtium ſecretorum dedicata, ſordidis muneribus gravari *l. 5. Cod. de SS. Eccleſ.* Sordida munera olim habebantur; cura conficiendi pollinis, panis excoctio, obſequium piſtrini, paraveredorum & parangariarum præbitio, Lucas de Penna *ad lib. 10. C. de Exactor. tribut. fol. 3. col. 4. l. 12. Cod. de Excuſat. muner. lib. 10. t. 47. l. 2. Cod. de Præpoſitis ſac. cubic.* excubias agere, cuſtodes portæ adſtare & ſimilia. Quæ ex perſonæ dignitate & religionis more ſolent æſtimari. Denique extraordinarium & ſuperindictum à Clericis flagitare prohibitum *l. 5. Cod. de SS. Eccleſ.* novarumque collationum vacatione gaudent *l. 1. C. de Epiſc. & Cler. l. 2. §. 2. ibid. Nov. 131. c. 5.* Sed tamen ab omnibus extraordinariis tributis liberi non ſunt: nam quæ adventitia & extraordinaria neceſſitas poſtulat, juxtà cum reliquis Reip. civibus præſtant. De quibus *theſi ſeqq.* preſſiùs. Quod ſi Pontium & viarum extraordinarijs adnumerare placet, & has à regulâ eximi, ex *l. 7. Cod. de SS. Eccleſ.* manifeſtum eſt.

LXXIII. E contra Eccleſiaſtici ordinis homines ratione bonorum temporalium, patrimonialibus, & bellicis ut & alijs extraordinarijs oneribus, quæ ſumma & inevitabilis neceſſitas imperat, obnoxij & devincti ſunt.

De illis, ut rectiùs percipias, obſervandum, Eccleſiarum bona duplicia eſſe, alia Temporalia, alia Spiritualia. Hæc iterum vel directè cultui divino conſecrata & omni commercio hominum exemta ſunt, idque propter in nullius bonis eſſe dicuntur: cujuſmodi ſunt ædes ſacræ vel templa, illaque loca quibus inædificata ſunt, *l. 6. §. ſacræ ff. de Rer. Div. l. 73. ff. de contrah. empt.* Vel aliàs Deo oblata in uſum miniſteriorum: ut vaſa ſacramentorum uſui deſtinata, ut calices, veſtes ſacerdotales, libri ſacri & alia, quæ appellatione donariorum continentur *l. 1. ff. de Div. rer. l. 22. Cod. de SS Eccleſ. l. 83 §. 1. ff. de V. O.* Illa ſc. Temporalia, ſunt in Eccleſiæ patrimonio & jure bommercij expoſita,

poſita, nec non ad paranda cultui divino neceſſaria, iiſque alendis, qui præſunt rebus ſacris deſtinata: qualia ſunt bona patrimonialia, prædia ruſtica, vel urbana, decimæ, reditus, pecunia & alia immobilia, quæ juſto titulo Eccleſiæ acquiſita ſunt. Prioris generis quæ ſunt & miniſterijs divinis dicata, à tributorum onere eximuntur, & regulariter alienari prohibentur *l Sancimus 21. Cod. de SS. Eccleſ. l. 6. ff. de contrah. empt. c. ſemel de R. I. in 6to. §. 2. Inſtit. de Inutil. ſtipul. junct. §. fin. Inſtit. de empt. & vend.* Puſſunt tamen in extremis & ſummis Reip. periculis, ſi nulla alia ſuppetant remedia, bellicis uſibus adhiberi. Neceſſitas enim tollit omnem immunitatem, & facit omnia communia, Marpurg. *in Reſponſ. jur. n. 62. illamq; nec Dij quidem ſuperant.* Liv. *lib. 9.* & Prolixè Henning. Arniſæus *de Iur. Majeſt. lib. 3. c. 1. n. 12.* Quod exempla demonſtrant Davidis, qui panes Propoſitionis (ut vocant) comedit, *1. Reg. 21.* Aſæ *3. Reg. 15.* Ioas *4. Reg. 12.* Ezechiæ *4. Reg. 18.* qui omne aurum & argentum & alia Deo ſanctificata ſuſtulerunt. Nec jura noſtra prohibent, neceſſitate urgente, & publico commodo ſuadente, vaſa, decimas, & bona Eccleſiaſtica alienare. *l. Sancimus nemini 21. Cod. de SS. Eccl. c. aurum, 70. cauſſa, 12. q. 2. c. gloria, 71. c. 71. cauſſa, 12. quæſt. 2. c. dudum de reb. Eccl. non alien. in 6to.* Idque multis docet Ambroſius *lib. 2. Off. c. 28. Docuimus*, inquit, *populum, multo commodius eſſe, ut animas Deo, quam aurum ſervaremus. Aurum non habet Eccleſia ut ſervet, ſed eroget, ut neceſſitatibus ſubveniat. Quid opus eſt cuſtodire, quod nihil adjuvat? An ignoramus, quantum auri & argenti de templo Domini Aſſyrij abſtulerunt* &c. & paucis interjectis *Melius eſt vaſa viventium conſervare, quam metallorum*, Optimè proinde etiam conſtitutum in §. Aber der Kirchen R. A. zu Speyer *Anno 1544.* daß der Kirchen Kleinoter und gezierde / ſollen in der anlage nicht begriffen / ſondern als zu einem Schatz der Chriſtenheit / wo man das zu einer eilenden nothwendigen und unvermeidlichen Hülff bedürffen würde / geſparet und behalten werden. Temporalia verò Eccleſiæ bona, patrimonialibus & realibus oneribus ſubjacent *l. fin. §. 24. ff. de Muner. & honor. l. 8. §. 3. ff. de Vacat. & excuſat. mun. l. 3. Cod. de Epiſcop. & Cler.* Lucas de Penna *ad l. ſi divina 8. Cod. de Exactorib. tribut. lib. 10. fol. 30. col. 4.* Joh. de Platea ad

2. Temporalia. obligantur 3. patrimonij alibus.

 eandem

*eandem leg. n. 4.* Et hæc tributa Eccleſiam ex agris ſuis, etiam Chriſtianis Imperatoribus ſolviſſe teſtatur D. Ambroſius: *Si tributum petit Imperator, non ei negamus: agri Eccleſiæ ſolvant tributum. c. Si tributum 27. cauſſa 11. quæſt. 1.* Leonh. Leſſius etiam *de Iuſt. & Iur. lib. 2. c. 33. dub. 3. n. 10. & 23.* ſtatuit Clericos exemtos non eſſe, ſi *poſſeſſio onus perpetuum & invariabile annexum habeat, antequam veniret ad jus Eccleſiæ.* Onera enim naturâ prædijs inhærent, & prædia in territorio exiſtentia tacitè hypothecata ſunt pro collectis & tributis *l. Imperatores 7. ff. de Publica & vectigalib. l. 1. Cod. Si propter publ. penſitat. l. 1. & 2. in quib. cauſſis pig. tac. contrah. l. 2. Cod. de Prædiis & omnib. reb. naviculario r. lib. 10. t. 2.* Adeò, ut ad ea etiam res Principis teneantur *l. Abſit. 4. Cod. de Privil. dom Aug. lib. 11. t. 74.* Imò ſi domus Imperialis vel Eccleſia res tributarias licitè emerit, & tributa non ſolverit, res ei auferri & Civitati aſſignari poſſe tradit Paulus Chriſtinæus. *ex l. ſi divina domus. 8. Cod. de Exactorib. trib. in vol. 5. deciſ. 19. n. 8.* Siquidem bona cum ſuo onere publicarum penſitationum ad privilegiatos & exemptos tranſeunt. Idem Chriſtinæus *vol. 1. deciſ. 249. n. 15. & vol. 5. deciſ. 21. n. 9. l. 13. §. 1. ff. de Acquir. vel amit. poſſeſſ. l. 11. Cod. de Acquir. & retinen. poſſeſſione. c. cum non ſit 33. c. Paſtoralis 28. extr. de decimis.* Lesſius *de Iuſt. & Iur. l. 2. c. 33. dubit. 3. n. 19.* Nec immunitas munerum publicorum ſimpliciter conceſſa, à muneribus patrimonialibus liberat, niſi ſpecialiter privilegio datum ſit. Idem Chriſtinæus *vol. 5. deciſ. 43. n. 6. & 12.* Sic Eccleſiaſtæ noſtri, ratione officij & bonorum Eccleſiaſticorum ſingulari privilegio immunes ſunt. Kirchen Ordnung Sereniſſim. Iulij Duc. Brunſvic. & Luneburg. tit. Immunitates, und gleichheiten. ibi: Es ſollen / auch etc. Deinde de temporalibus hiſce Eccleſiæ bonis etiam tributa extraodinaria, quæ inevitabilis & adventitia necesſitas, (quorum in cenſu etiam ſunt hodierna illa, quæ Germaniam noſtram affligunt & omnibus opibus exuunt) exigit, præſtari debent. Quod diſertè conſtitutum in *l. 5. Cod. de SS. Eccleſ.* & totidem ferè verbis repetitum *in c. generaliter 40. cauſſa 16. quæſt. 1.* Cùm enim & Eccleſiæ & Reip. commune ſit periculum, & neutra ſine alterius auxilio ſervari posſit, necesſitas, quæ ſuprema lex, non minus

laicis,

laicis, quam Clericis tributa imponit; quod æquitati maximè congruit. *l. 2dum ff. de R.I.* Proinde etiam ipſi Pontificiæ exemptionis defenſores doctisſimi Ludovicus Molina *diſput. 672. n.4.* & Leonh. Lesſius, *d.loc.* Clericos à caſibus adventitiæ & extraordinariæ necesſitatis immunes non eſſe oſtendunt. Nec Pontificium ſanctiones immunitatem talem præſtant: *Omne enim privilegium, quod contra jus & utilitatem publicam impetratum eſt, vires non habere, licet religionis intuitu conceſſum.* Reſcripſerunt Imp. Theodoſ. & Valent. *l. 10. Cod. de SS. Eccleſ. nec contra utilitatem publicam per Principis reſcriptum dari* poteſt immunitas à contributionibus realibus. *l. 7. Cod. de Ann. & trib.* Quæ propter etiam in Imperij Receſſ. qui nobis ſumma lex ſunt, Clerici juxtà cum reliquis ſtatibus, tributis extraordinarijs devinciuntur, ut in R. A. de Anno 1495. Anno 1502. Anno 1532. Anno 1542. & in eo, qui Anno 1544. Spiræ conditus eſt, ſancitum: Daß alle Stifft/Capittel/Klöſter/Ordensleute/Kirchen/ der Kirchen Fabriken und Spittal/ ſie ſein in Stätten oder anderswo/ Chriſtliche und Weltliche Brüderſchafften/und alle andere Chriſtliche Verſamlungen/Communen und Clauſen von Mannen und Frauen / ſie ſein Exempt oder nicht/ ihre Steur und Anlag geben ꝛc.

LXXIV. Secundò lex onerum immunitatem militibus largitur, 2. Milites.

*L. 3. §. 1. ff. de Muner. & honor. l. 7. ff. de Vacat. & excuſ. mun.* excuſantur à muneribus, quæ patrimonijs non indicuntur. Neceſſe tamen eſt, ut ipſo actu militent, & pro ſalute patriæ pugnent, quod *l. d. 3. de muner. & honor.* apertè ſatis indicat. Alioquin ſi à militia dimisſi ſunt, tantùm annum habent, quo redduntur immunes ab hujuſmodi oneribus, à tempore dimisſionis, aut biennium aut quadriennium, pro quantitate & modo temporis, quo militarunt *arg. l. 8. §. 3. ff. de Excuſat. tutor.* Perpetua verò exemptio non datur niſi ijs, qui, viginti annis continuis militarunt. *d. l. 8. ff. de Excuſat. tut.* vel Veteranis *l. veteranis 3. Cod. de His qui non impl. ſtipend. lib. 10. tit. 54. l. 1. Cod. de Veteran. lib. 12. tit. 47.* Ita omnes milites ijſdem privilegijs non gaudent.

LXXV. Sed

LXXV. Sed ab omnibus oneribus liberi non ſunt; nam in tributionibus, quæ poſſeſſionibus fiunt h. e. patrimonialibus ſubjacent.

*L. 4. ff. de Veteranis l. 7. ff. de Vacat. & excuſat. mun. l. ultim. §. 23. ff. de muner. & honor.* Nulla enim militiæ merita, à muneribus, quæ rei propriè cohærent, jure excuſationem tribuunt *l. ſunt munera 11. ff. de vacat. & excuſat. mun.* nec Pontifex ab ejuſmodi excuſatur *l. 18. §. 24. ff. de muner. & honor.* A muneribus itaque municipalibus i. e. perſonalibus, milites liberi ſunt. Chriſtinæus *vol 1. deciſ. 102. n. 9.*

LXXVI. Idemque de nobilibus jure ſtatutum eſſe reperimus.

At ex militum immunitate tantùm Guid. Pap. *quæſt. 169. 184. & 387.* Petr. Greg. Tholoſan. *in Syntag. lib. 3. c. 8. n. 5.* & alij magni ICti illam, quam nobilibus tribuunt, munerum vacationem adſtruunt & magno conatu defendunt. Quod ſi concedimus rectè fieri, non major illorum libertas erit, quàm cujuſvis veterani, & non minus, quàm hic patrimonialibus oneribus obligabuntur: nec gaudebunt exemptione perſonalium munerum, niſi actu militaverint. Chriſtinæus *d. deciſ. n. 7. 8. & 9.* Aliàs nobiles in Iure noſtro nullibi à Collectis excuſantur Marpurg. *in Reſponſ n. 111.* Cæterùm cum duplicia plerumque ſint Nobilium bona, quædam feudalia, quædam allodialia, haud facilè fortasſis erit definire, an etiam de utriſque onera præſtari debeant? Quantum ad hæc attinet, certum eſt jure Iuſtinianeo Nobiles æquè cum plebeis patrimonialibus obnoxios eſſe *arg. l. Et qui origine 3. §. 1. l. Reſcripto 6. §. ult. ff. de muner. & honor. l. ſunt munera 11. ff. de Vacat. & excuſat. muner. l. 3. l. 9. & l. fin. Cod. de muner. patrim.* Bocerus *de Collect. cap. 11. n. 34.* Quoad illa verò ſubditi nobiles immunes ſunt ab ordinarijs collectis. Nam de feudis in territorio ſitis, quia Domino ſervitium præſtant, ad ordinarium non tenentur: nec duplici onere gravandi *arg. l. Titia. 34. §. Qui invita 5. ff. de Legat. 2.* Chriſtinæus *in Conſuet. Feud. deciſ. 16. num. 5.* niſi provinciarum conſuetudo

aliud

aliud jubeat, Bened. Carpzov. *lib. 4. tit. 10. reſp. 70. n. 21.* Sed & extraordinaria tributa, quæ inopinatus caſus & ſumma neceſſitas expoſcit, Vaſallos æquitas jubet & neceſſitas cogit, non ſolùm de allodialibus, ſed etiam feudalibus bonis exolvere. Commune ſiquidem eſt periculum, nec magis ignobiles, quam Nobiles concernit. Propterea etiam omnes Vaſalli ſubditi, & qui aliàs exemptionis privilegio muniti ſunt, urgente ſummâ neceſſitate collectis illis extraordinarijs ſubjiciuntur; uti in Imperij Receſſibus prolixè ſatis conſtitutum reperimus: R. A. *Anno 1544.* §. Nemblich ſollen *ibi*: Sie ſein Lehen oder Eygen etc. §. Damit aber ſolches: *ibi*: die ſein Lehen oder Eygen etc. Nam privilegia ad caſus neceſſitatis, qui legem nullam admittunt, extendenda non ſunt. Quod ſuprà traditum. Nec omni ex parte verum eſt, quod de duplici onere, quo præ reliquis graventur, objiciunt. Hoc enim axioma tantùm prohibet, cuidam ob unam & eandem cauſſam, ex quâ ipſe ſimplex tantum tenetur præſtare, duplex onus imponere. Hîc autem duæ & diverſæ ſunt obligationes & cauſæ, ex quibus duplicia onera ſuſtinenda: ſcilicet ſervitia militaria, pro accepto feudo, quæ vice ordinariorum ſunt & extraordinariæ quoq; collectæ, ob adventitiam neceſſitatem. Nec magis duobus oneribus gravantur, quam alij qui feudum nullum habent: hi enim præter ordinaria tributa, juxta cum illis pecuniarias contributiones exolvere coguntur. Vt optimè explicavit, Bened. Carpzov. *lib. 4. tit. 10. reſp. 71. n. 14.*

LXXVII. Tertiò, lege immunes ſunt Senatores, Conſiliarij Principum, Profeſſores, Doctores legum aliarumque facultatum, ut & Advocati. *Lege immunes Senatores. Conſiliarij &c.*

1\. Senatores urbis Romæ eorumque poſſeſſiones, quas in diverſis locis poſſident, & ſervi eorum ab omnibus oneribus ſordidis & extraordinarijs liberi ſunt per *l. 4. 5. & 14. Cod. de Dignitat. lib. 12. tit.* ubicunque locorum degant *l. Præcipimus 14. Cod. eod.* Quæ tamen ad municipalium civitatum Senatores & decuriones, extendenda non ſunt. Hi namque inferiores longè ſunt illis; nec ijſdem privilegijs utuntur, ut perſpicuè tradit. *l. Curialibus 66. Cod. de Decurion. lib. 10. tit. 31.* Proinde adductæ *ll. Cod. de Dign. lib. 12.* quæ de Senatoribus Illuſtribus, Spectabilibus & Clariſſimis agunt, Ioh. de Platea *ad l. 4. & ii. Cod. de Dignitat.* minoribus ſeu municipalibus magiſtratibus applicari nequeunt: quod quivis noſtræ Reip. non ignarus facilè conce-



dat

det. Sin verò loci conſuetudine, (quæ legis vim habet *§.9. de. IN. G. & Civ. arg. pr. Inſt. de Off. Iud. l. 32. de leg.*) aut privilegio ſpeciali immunitatem impetraverint, eripienda illis non eſt. *arg. l. un. C. de his qui à Princ. & eor. &c. 10.44.* Petr. Greg. Thol *in Syntag. lib. 3. c. 8. n. 10.* Hiſce tamen contra tributa, quæ extraordinaria neceſsitas imperat, ſeſe defendere non poſſunt, quod multis egregiè probavit Benedict. Carpzovius *lib. 4. tit. 10. Reſp. 75.* Cui adſtipulator Ioh. Otto Thabor. *in comment. ad tit. Cod. de metat. & epidemet. part. 3. ſect. 2. cap. 2. art. 3. n. 10* At Syndicis, Medicis & alijs DD. omnium onerum immunitatem dare poſſunt, quâ ſemel conceſsâ, non licet eam revocare Petr. Chriſtinæus *vol. 5. deciſ. 46. n. 2. & 3.* Ratio eſt: quia privilegium illud tranſit in formam contractus & conventionis *arg. l. 5. ff. de*

2. *Decret. ab ord. faciend.* Petr. de Vbaldis *de Collect. num. 40.* (2.) Conſiliarij Principum, etiam inferiorum, Theodoſio & Valentian. Impp. exemptionem ſuam debent, qui in *l. non minus 11. Cod. de Aſſeſſorib.* diſertè conſtituerunt: *Omnes* (ſunt verba legis) *majorum magiſtratuum, Illuſtrium & eminentiſſimorum virorum Conſiliarios, ſeu officiis jam functi ſunt, ſeu fungentur in poſterum, poſt depoſitum etiam officium, ab omni indictionis onere Civilium ſeu militarium judicum prorſus immunes eſſe præcipimus: ut nec ulla moleſtia ſuper ſuſcipiendo quolibet gravamine penitùs injungatur.* Cujus ſanctio, quinquaginta libras auri continet. Minus rectè autem pro ijs *l. 3. Cod. de Silentiar. lib. 12. t. 16.* à Petr. Gregor. Tholoſ. *in Syntag. lib 3. c. 8. n. 9.* allegari notavit Dn. Ioh. Otto Thabor. *in Comment. d. part. 3. ſect. 2. cap. 2. art. 5. n. 2. pag. 226. & cap. 4. art. 1. n. 8. pag. 264.* Silentiarij enim non erant à ſecretis Principum, ſed tantum curam habebant, ne quis in Palatio Principis ſtrepitus excitaretur, uti

3. tradit Pancir. *in notit. Imp. Orient. cap. 62.* (3) Etiam Profeſſores & Doctores legum & aliarum facultatum (ut vocant) privilegijs muniti, quibus ab omni functione & publicis muneribus liberantur *l. medicos 6. l. Grammaticos 11. Cod. de Profeſſorib. & medic. lib. 10. tit. 52.* Thabor. *part. 3. ſect. 1. cap. 2. art. 2. n. 4.* (4) Denique Advocati, ſive Doctores

4. legum ſive Licentiati ſint, onerum immunitate & alijs amplis privilegijs donati ſunt. *l. Quicquid 5. l. ſancimus 6. l. 16. & l. 17. §. final. Cod. de Advoc. diverſor. judicior.* Cujus inſignem rationem explicat *l. 14. Cod. eod.* Dn. Klock. *tract. de Contrib. cap. 15. n. 25.* Iudicis tamen officium in eodem loco, ubi advocationem exercueunt, tenentur advocati

ſuſci-

ſuſcipere *l. Sancimus 6. ibi: præter arbitrium in eodem &c. Cod. ibid.* Dn. Mundius *de Muner. patrim. c. 6. n. 574.*

LXXIIX. Cæterùm omnes hi, quanta illorum ſunt privilegia, ad patrimonialia & tributa extraordinaria, quæ ſumma & haud prævisa neceſſitas poſtulat, obſtricti ſunt, & juxtà cum reliquis Reip. Civibus ea exolvere tenentur: Nam ab his nulla privilegia præſtant excuſationem. Nō vero ab oneribus patrimonialibus & extraordinariis.

*L. ab his oneribus, 10. pr. l. ſunt munera ff. de Vacat. & Excuſat. mun.* Privilegium enim etiam amplum non extenditur ad non cogitata, & ea quæ neceſſitas inopinata imponit. *l. qui cum tutor. 9. §. 1. ff. de Tranſact. l. 1. Cod. ut nem. liceat in empt. ſpec. ſe excuſ. lib. 10. tit. 27.* Proinde nec Pontifex ab ejuſmodi excuſatur *l. munerum 18. §. 24. ff. de muner. & honor.* & in Imp. Receſſ. Anno 1544. §. Vnd demnach ſollen die Vnterthanen / Anno 1598. §. Dieweil dann Anno 1603. §. Nach dem & Anno 1613. §. Nach dem es nun / omnes contribuere jubentur Geiſtliche und Weltliche / ſie ſein exemt oder nicht exemt / gefreyet oder nicht gefreyet / niemand außgenommen.

LXXIX. Horum, quos tertio ordine produximus, uxoribus, viduis & liberis eadem privilegia, quibus ipſi fruuntur, competunt. Illor. etiam uxores viduæ & liberi, iiſdem privilegiis gaudent.

Lex, *Medicos 6. C. de Profeſſorib. & med.* Profeſſores, Legum Doctores & aliarum facultatum, unà cum uxoribus & liberis immunes eſſe vult. *l. Grammaticos, 11. Cod. eod.* omnia maritorum privilegia, etiam in eorum conjugibus & filijs illibata ſervari jubet. Hiſce viduas etiam contineri aperti juris eſſe videtur: non tantum enim illa conjux eſt, cujus maritus adhuc vivit, ſed etiam quæ mortuo illo in viduitate conſtituta eſt *l. Quotiens, 3. pr. Cod. de Privil. Schol. lib. 12. tit. 30.* & in viduitate, dicitur, in priori matrimonio permanere *l. ult. Cod. de Bon. mater.* præcedenſque conjugium tamdiu durare, quamdiu viduitas *Nov. 22. cap. 20 §. 1.* Itaque, quæ conjunx eſt, quæ permanet in eodem matrimonio, privilegijs amiſſi mariti ſpolianda non eſt. Quidvis etiam Ægidius Thomatus & alij ejus adſeclæ opponant; quos Dn. Mundius *de Muner. patrim. cap. 6. num. 585.* ſatis accuratè refutaſſe videtur. Vnicum tamen concoquere vix poſſum; quod dicunt, viduam propterea privilegijs mariti non gaudere, quod ratio finalis

*d.l. medicos 6.* ibi: *quò faciliùs liberalibus ſtudiis & memoratis artibus multos inſtituant*: inviduis deficiat: ea propter enim ſi rectè negantur viduis privilegia per hanc legem collata competere, æquè id de uxoribus ſuperſtitum maritorum, licebit inferre; cùm & hæ non minus quam illæ ineptæ ſint, multos in liberalibus ſtudijs inſtituere. Manifeſtum eſt, quam falſa ſit illatio. Hæc itaque ratio, ea privilegia, quæ viduis *per d.l. Medicos 6.* conceſſa ſunt, non labefaciet. Sed illibata ea retinet tamdiu, quoad conjux h. e. vidua in viduitate permanet *l. Quotiens. 3. pr. Cod. de Privil. Scholar.* Intervenientibus verò alijs nuptijs hæc mutantur, & jura prioris mariti amittuntur. *arg. jam d.c. 3. & l. Filii 22. §. 1. ff. Ad municipal.* Rationem ejus Ioh. de Platea *in l. Quot. 3. Cod. de Prig. Sch.* hanc eſſe adſerit: quod alij viro nubens in alienam familiam tranſeat, & ſtatum priorem mutet. Bened. Carpzovius *lib. 6. t. 10. Reſp. 100. n. 1. & ſeqq.* notatu digna etiam tradit.

LXXX. Vltimò decurio pater 12. liberorum, & quivis municipalis pater 17. liberorum, lege immunes ſunt.

Ille *l. ſi quis, 24. Cod. de Decurionib. lib. 10. t. 31.* ob munerum duodecim liberorum, honoratiſſimâ munerum quiete donatur *L. 5. §. 2. ff. de Iur. Immunit.* quemvis patrem ſedecim liberorum dimittit ab omnibus muneribus. Et ita diverſæ hæ leges, diverſis, non eadem largiuntur privilegia. Nullius proinde neceſsitatis fuiſſe videtur, quod Cujacius *ex d. l. 5. ff.* quæ de quovis patre agit, legem quæ tantum de Decurionibus lata eſt, emendare voluerit. Ob tam numeroſam autem prolem Imperator æquum eſſe ſtatuit, patres ab oneribus liberare: quod ſatis oneris foret, tot liberos alere, filias dotare: & quod id maximè utile ſit Reipubl., iſque civis optimè mereatur de publico, qui tot civibus auget civitatem Marpurg. *in Reſp. allegat. num. 139.*

LXXXI. Ab extraordinarijs tamen, quæ imponit neceſſitas, vocationem non conſequuntur. Nec privilegij rationes ab ijs excuſant. ſiquidem neceſſitate vincuntur. Quod ſatis ſuperque demonſtratum eſſe putamus.

*L. 6. §. 4. de muner. & honor.*

LXXXII. Hæc de perſonis, quibus lege immunitas data

eſt,

eſt, ſufficiant, Qui verò eam vel præſcriptione aut conſuetudine acquiſiverunt, hîc ulterius explicare vix licet, nec vacat; uſus etiam & experientia id docebunt.

LXXXIII. Naturâ, quæ reſpuunt onerum obligationem, ſunt itidem Perſonæ & Res. Naturâ reſpuunt onera.

LXXXIV. Perſonæ hujuſmodi videntur eſſe pauperes, qui non habent, unde vitam ſuſtineant, nec induſtriâ ſuâ tantùm parare valent. 1. Perſonæ.

Pandectarum jure inops ejuſmodi, liber eſt à collationibus patrimonialibus; obſequia tamen corpori indicta i. e. perſonalia onera ſubit *l. cura 4. §. 2. de Muner. & honor.* Illud optimâ ratione conſtitutum æquitati naturali congruit. Feſtaſius *part. 4. cap. 2. num. 60. & ſeqq.* Ægidius Thomatus *§. pauperes n. 1. pag. 400.* Inanis namque eſt actio, quam debitoris inopia excludit *l. nam. 4. ff. de dol. mal.* Wo nichts iſt / da hat der Keyſer ſein Recht verlohren. Et qui nihil in bonis habent, ratione illorum ad tributa non obligantur, quia pro modo & viribus cujuſque patrimonij imponuntur *l. 2. C. de Annon. & tribut. l. 1. Cod. de munerib. patrim.* Hoc poſterius vero quamvis Petr. Gregor. Tholos. *lib. 3. cap. 8. num. 15.* ſimpliciter affirmat; tamen quia iniquitate non carere videtur, eos, quorum res ad incitas redactæ, & quibus perpetuum ferè cum fame eſt bellum, hiſce oneribus gravare, per Codicis leges emendatum eſt. Nam *l. fin. Cod. de his qui n. liberor.* diſertè ita habet; *Pauper*, talis, *privilegio potiatur* i. e. fruatur, *etiamſi propter rerum anguſtias ad perſonalia vocatur obſequia.* Cæterùm horum numero non continentur artifices & opifices, qui quæſtus uberrimos faciunt, & induſtriâ ſuâ divitias parare poſſunt. Feſtaſius *part. 2. c. 1. n. 20.*

LXXXV. Res tales ſunt duplices, aliæ commercio hominum exemtæ, aliæ ſteriles planè ſunt, quæ nullum fructum ferunt. 2. Res, quæ duplices. Hæ iterum duplices.

De illis ſupra th. 55. nonnihil egimus, quod modò ſufficiat. Hæ iterùm ſunt vel immobiles vel mobiles. Immobilibus annumerantur omnia loca planè ſterilia & deſerta. Hiſce enim collectæ imponi non poſſunt, quia ſunt onus fructuum. *l. 7. §. 2. l. 27. §. 3. ff. de Vſufr. l. neque ſtipendium 13 ff. de Impenſ. in res dot. fact.* Et cum naturâ pugnare 1. Immobiles.

 vide-

videtur, de illis rebus fructus i.e. tributa exigere, quæ natura ſterilitatis vitio laborant, & ex quibus nemo licet induſtrius, fructus capere poſſit. Hinc *l. 4. §. 1. ff. de Cenſib.* conſtitutum, quod Cenſitor remittere ei debeat, cujus ager chaſmate perijt, & iniquum eſſe judicatur, mortuas vites & exaratas arbores collectarum cauſa cenſui inſerere. Agri autem ex quibus aliquis ſperatur fructus, æquè ut frugiferi deſcribuntur, & per partes poſſeſſoribus fertilium prædiorum, cum immunitate triennij adſignantur, ut frugiferi, ſuſtineant onera ſterilium *l. cum divus 1. Cod. de omni ag. deſert. lib. 11. t. 58. ad eandemque* Bartol. Illa enim horum nervi ſunt ad ſupportanda onera Ioh. de Platea, *ad d. l. 1.* Feſtaſius *de Collect. part. 1. c. 1. n. 27. & 29.* Quod ſi verò quidam in fraudem Reip. prædia ſua & agros deſerunt, ut ſeſe tantùm ſubducant oneribus, tum occupantium fiunt, niſi intra biennium redeant & expenſa tributa reddant. Præter lapſo enim biennij ſpatio, omnis poſſesſionis & dominij jure carebit, qui ſiluit *arg. l. qui agros. 6. Cod. omni agro deſer. lib. 11. tit. 58. ibidemque* Bartol. Imò magiſtratus tribus edictis citatos creditores, & veterem dominum ſex menſium præſcriptione excludit *l. locorum domini. 11. Cod. eod. l. apud. eum. 7. Cod. de cenſib & cenſit. lib. 11. tit. 57.* Feſtaſius *part. 1. c. 1. n. 29.* Et hoc ſervari tradit Dn. Mundius *tr. de mun. patrim. cap. 6. num. 348.* Nam ob fugam & contumacem abſentiam citati, poſt ſex menſes habentur pro confesſis, quod nolint rem tributariam habere & pro eo ſolvere *d. l. locorum 11. in verb. propria confitentur abſentia* Joh. de Plat, *ad hanc l. n. 1.* Lucas de Penna *ibid.* Mobilium talium in numero ſunt, actiones perſonales, quibus petimus nomina incerta & inexigibilia. Et nec de his collectas exigi debere, colligitur *ex l. forma 4. § ſi cum ego 4. ff. de cenſib.* Indeque hoc probat Schraderus *tr. de Feud. part. 10. ſect. 6. n. 70.* Tantum enim creditor habet in bonis, quantum à debitore exigere poteſt. *l. Pretia rerum. 63. §. cujus. 1. ff. Ad l. Falcid.* Cui non eſt disſimile, ſcitum illud Iuvenalis *Sat. 3.*

*Quantum quisque ſuâ nummorum ſervat in arcâ,*
*Tantum habet &c.*

Iniquum autem eſt, ejus ratione quod creditores non habent, & unde nullos fructus percipiunt, tributa ijs imponere; ut & in ſimili Imperator ipſe decrevit *l. liberalitatis 16. §. 1. in fin. ff. de Vſur. & Fruct.* Prædictis annumerari etiam poſſunt inſtrumenta, quæ & profesſioni neceſſa-

ceſſaria, *arg. l. 6. & ſeqq. ff. de pignor. auth. habita. C. ne fil. pro patr.* Dn. Weſenb *in Cynſ. liturg. concl. 4. n. 6.* Et in Receſſ. Imp. Spir. anno 1544 §. Doch ſollen/ cautum: Das in dem Anſchlage eines jeglichen Kleider/ Kleinoter/ Silbergeſchir/ und ander Haußgeraht/ das ein jeder ſeinen Standt und Weſen nach/ zu täglichen Gebrauch nicht wol entbehren kan: Item hohenſtandes Perſonen/ deren vom Adel/ und reyſigen Knechten/ ihr Pferd/ der gleichen auch ander ihr Wehr und harniſch/ auch geſchütz/ Pulver und andere dazugehörige Munition/ nicht angeſchlagen/ aber ſonſt nichts anders/ von deſſen Anlage außgenommen werden ſolle.

LXXXVI. Vltimum, ex quo collectarum juſtum & injuſtum dependet, eſt cauſa propter quam imponitur, h. e. Finis, qui ex neceſſitate & utilitate commodi publici æſtimandus, in ijſque conſiſtit.

Ludov. Molina *de Iuſt. & Iur. diſputat. 667. num. 1. & ſeqq.* Leonh. Leſſius *de Iuſt. & Iur. lib. 2. cap. 33. dubitat. 1. num. 5.* Et Cicero *lib. 2. de Offic.* egregiè hac de re: *Danda eſt*, inquit, *opera, ne quod apud majores noſtros ſæpè fiebat, propter ærarii tenuitatem, aſſiduitatemq́ bellorum, tributum ſit conferendum, idque ne eveniat, multò antè erit providendum. Sin qua neceſſitas hujus muneris alicui Reip. obvenerit, (malo enim alteri; quam noſtræ ominari, neque tantum de noſtra, ſed de omni Rep. diſputo) danda erit opera, ut omnes intelligant, ſi ſalvi eſſe velint, neceſſitati eſſe parendum.* Hinc etiam ubivis locorum, ubi non Tyrannis dominatur, ſemper in exactione novarum collationum, urgens necesſitas, aut ſumma Reip. utilitas (quâ etiam regis ſuſtentatio continetur Francis Toletus *in ſum. caſuum conſcien. lib 5. cap. 72. num. 3.*) exhibetur argumentum, quo facilè obedientes ſubditi moveri ſolent. Et ſanè eam ob cauſam licitè tributa exigi poſſe, vel inde patet, quod quivis teneatur necesſitatibus Reip. ſubvenire, etſi vitæ hoc fiat jacturâ ut & ſuprà in exordio hujus diſſertationis demonſtravimus. Quantum itaque publica ſalus poſtulat, tantum omnes, qui ſubſunt, dare tenentur. Nam quantitas tributi non debet excedere conditionem ſeu indigentiam cauſæ. Quia ſicut cauſa juſta eſt neceſſaria, ita etiam proportio tributi ad cauſam ejus neceſſaria eſt ad æqualitatem juſtitiæ commutativæ, quæ eſt rei ad rem, quia tributum catenus juſtum eſt, quatenus ad finem ejus eſt neceſſarium & ſufficiens; quod tamen æqualitatem juſtitiæ excedere non debet. Jung.

in

in ſimili *c. quia plerią, de Immunitat Eccleſ.* Suarez. *de Leg. lib. 5. c. 15. n. 4.* Nec plus poſcendum, quàm neceſsitas imperaverit, nevé minùs *l. omnes. 12. Cod. de Oper. publ.* Minus enim ſi dabunt, damno & malo Remp. mactabunt; Nimium verò quod neceſsitatem excedit, debito & vero fine deſtitutum, ſuperfluum eſt, nec obligat ſubditos, ut præclarè docet Ludovic. Molina *d. loc.* Qui & hoc in *ea diſputat. 667. num. 7.* addit: Principem, qui gravius tributum accepit, quàm cauſa efflagitat, ad reſtitutionem ejus, quod nimium eſt, ſubditis teneri; niſi alijs rebus id impendat, quarum causâ juſtè tributa imperare poſſet. Quod etiam in Imperij Receſsibus approbatur, ut videre eſt ex §. Und damit mehrgemelter / R. A. Anno 1594. cujus verba ſic habent: das da man der eingewilligten Hülffe nicht bedürffte / als dann die Stände / damit nicht beſchweret / ſondern daſſelbige / was alſo in einen Vorraht zuſammen getragen / jhnen wieder zum beſten kommen ſolle. quò etiam facere videtur R. A. zu Speyer Anno 1542. §. Wir ſetzen / ordnen und wollen. Porrò hinc liquet, quod ceſſante tributi causâ etiam tributum ceſſare debeat. Dominicus Soto *de Iuſt. & Iur. lib. 3. quæſt. 6. art. 7. concluſ. 2.* Pacis ſiquidem lenitas tollit, id quod belli calamitas introduxit *l. un. in pr. Cod. de caduc. toll.* Bocerus *de Collect. cap. 13. n. 17.*

LXXXVII. Et hæc de tributorum æquitate & iniquitate ſufficiat. Quibus cognitis operæ pretium foret, agere de Remedijs quibus quiſque æquitatem illam obtinere, & contra iniquitatem ſeſe defendere poſſit; ſed prohibent id alia, & nos hic ſubſiſtere cogunt. CHRISTVS IESVS æterni Dei unigenitus filius, exoptatiſſimam & dulciſſimam pacem nobis reſtituat, & faceſſere tandem jubeat injuſta tributa, concuſſiones & infinitas hujus belli calamitates, quibus omnis Germania obruta & everſa eſt; Cui HONOR & GLORIA.

BIBLIOTECA NAZ.